the yvorie tooke state to hold
a corps as bright as burnisht gold.
one fate had both; both equall grace,
the buried and the burying-place.
not Virgil's gnat, to whom the spring
all flowers sent to'is burying:
not Martial's bee, which in a bead
of amber quick was buried:
nor that fine worme, that do's interre
her selfe i'th silken sepulchre,
more honour had, then this same flie
dead, and closed up in yvorie.

HERRICK.

Native Nobility.

THOU Goddess!
thou divine Nature, how thyself thou blazon'st
in these two princely boys! they are as gentle
as zephyrs blowing below the violet,
not wagging his sweet head: and yet as rough,
their royal blood enchafed, as th' rudest wind,
that by the top doth take the mountain pine,
and make him stoop to the vale. 'tis wonderful
that an invisible instinct should frame them
to royalty unlearned, honour untaught,
civility not seen from other, valour
that wildly grows in them, but yields a crop
as if it had been sowed.

SHAKESPEARE.

Honos Sepulcri.

USCA mihi visast, nuper monstrante sodali,
aurea, quam niveo tegmine clausit ebur.
illa tumet, tumet hoc, fastu; nam musca superbit,
materies busti quod sit eburna sui,
iactat ebur rutilo se corpore, quo nitor auri
vincitur, artificis lausque laborque manus.
sors eadem fatis, decor est aequatus, utrique,
quae iacet hic, muscae, quo iacet illa, loco.
non culicis funus, celebrat quem musa Maronis,
ver licet huic tribuat quod dare possit opum,
nec quae viva latet Phaëthontide condita gutta,
versibus Hispani cognita vatis, apis,
nec sibi qui, vermis pulcherrimus, ipse sepulcrum,
undique nens stamen molle, parare solet,
illius eximios muscae superarit honores,
mortua cui niveum membra coercet ebur.

H. W. M.

Fortes creantur fortibus.

Ὦ Φύσις, ἄνασσα πότνι', ὡς ἄρ' εὐγενοῖν
τοῖνδ' οὐκ ἄσημος ἐμπρέπεις παίδοιν τρόποις,
οἳ πρευμενεῖς μέν εἰσιν, ὡς ἡδὺς πνέων
ζέφυρος, ἴων ὁπηνίκ' εὐώδη κόμην
ὑπῆλθεν οὐδ' ἔσεισεν· οἱ δ' αὐτοὶ πάλιν,
ἐὰν τύραννον αἷμα θερμανθῇ ποτε,
τραχεῖς, ὁποῖος ὅστις ἀγριώτατος
ἄνεμος ὀρείαν αὐχένος λαβὼν πίτυν
κάμπτει πρὸς οὖδας. θαῦμά τοι παρειχέτην
φρόνημα φύσαντ' ἀσκόπως ἄτερ τέχνης
τύραννον, αἰδῶ τ' οὐ διδασκάλων ὕπο,
καὶ τοὐπιεικὲς οὐ μαθόντ' ἄλλων πάρα,
αὐτόσπορόν τε θάρσος ἐν δὲ τοῖνδ' ἴσα
γύαις σπορητοῖς ἐκφέρον καρπώματα.

J. R.

The Stedfast Shepherd.

'ME no slave to such as you be;
neither shall a snowy brest,
wanton eye, or lip of ruby
ever rob me of my rest;
goe, goe, display thy beautie's ray
to some more soon-enamoured swaine;
those common wiles of sighs and smiles
are all bestowed on me in vaine.
I have elsewhere vowed a duty;
turne away thy tempting eyes:
shew not me a naked beautie,
these impostures I despise;
my spirit lothes where gawdy clothes
and fained othes may love obtaine.
I love her so, whose looke sweares no,
that all your labour will be vaine.
Can he prize the tainted posies
which on every brest are worn,
that may plucke the spotlesse roses
from their never-touchèd thorne?
you labour may to lead astray
the heart that constant shall remaine:
and I the while will sit and smile,
to see you spend your time in vain.

WITHER.

The Receiver as Bad as the Thief.

AYS the Earth to the Moon, 'you're a pilfering jade,
what you steal from the Sun is beyond all belief.'
'Madam Earth, give up railing,' fair Cynthia said,
'the receiver is reckoned as bad as the thief.'

A.

Spernere fortior.

NON equidem dignor tali me dedere flammae:
quid mihi, candidius si nive pectus habes?
me somno fraudare valent arguta puellae
lumina? me vernis tincta labella rosis?
i procul, i, radiisque nite spectanda Diones,
si quis erit, citius qui capiatur, amans:
insidias in me sollemnes irrita nectis;
seu rides, moveor nil ego, sive gemis.
me semel addixi, me possidet unicus ardor;
quin hinc illecebris lumina plena feres?
parce mihi nudas veneres ostendere; fraude
non meus est tali conciliandus amor.
mens lenocinium mendacis respuit ostri,
et periuratos in mea damna deos.
illa puella placet, vultu quae denegat ipso;
nil agis; incassum diffluet iste labor.
ecquem credideris marcentia sumere serta,
quae fuerint gremio cuilibet ante decus,
fiat ubi roseos carpendi copia flores
indelibatum de vepre quemque suo?
ne labor hic cesset; per me temptare licebit
pectora, quae firmat non abitura fides:
interea ipse sedens spectabo non sine risu
ut vanos agites tempus in omne dolos.

H. W. M.

Quid pro Quo.

NONNE pudet,' Lunam sic orsa incessere Tellus,
'tot radios fratri surripuisse tuo?'
'Terra maligna, tace,' respondit Cynthia, 'numne
qui recipit melior fure putandus erit?'

K.

Martinmas.

T is the day of Martelmas;
cups of ale should freely pass.
what though winter has begun
to push down the summer sun?
to our fire we can betake,
and enjoy the crackling brake,
never heeding winter's face
on the day of Martelmas.

Some do the city now frequent,
where costly shows and merriment
do wear the vapourish evening out
with interlude and revelling rout,
such as did pleasure England's queen,
when here her royal grace was seen;
yet will they not this day let pass,
the merry day of Martelmas.

When the daily sports be done,
round the market-cross they run,
prentice lads and gallant blades
dancing with their gamesome maids;
till the beadle, stout and sour,
shakes his bell, and calls the hour;
then farewell lad and farewell lass
to the merry night of Martelmas.

Martelmas shall come again,
spite of wind and snow and rain;
but many a strange thing must be done,
many a cause be lost and won,
many a tool must leave his pelf,
many a worldling cheat himself,
and many a marvel come to pass,
before return of Martelmas.

OLD POET.

III. Id. Novemb.

MARTINI rediit sacrum : fluentes
tempus cervisiae dari culullos.
quid si coepit hiemps ab arce caeli
semper deciduum movere solem ?
at fas ante focum sedere nobis ;
at lignis crepitantibus fruemur
securi niviumque flaminumque,
Martini redeunte luce festa.
est qui nunc mediam frequentat urbem,
qua pompae et celebres ubique ludi
fallunt desidis Hesperi vapores
mimis, saltibus, omnibus cachinnis :
quae, regina, tibi fuere cordi,
cum nostris modo lusibus favebas.
at non immemor hic boni diei,
Martinus sibi quem sacrum dicavit.
post ludos, abeunte sole, circum
cursantes titubant crucem forensem
cum saltantibus ebrii puellis
tirones operaeque feriati :
quîs seros gravis impigerque custos
tinnitus monitor ciet : iubentque
iam sese puer invicem et puella
Martinique hilarem valere noctem.
Martinus referet suos honores,
quamvis flabra furant nivesque et imbres.
sed fient memoranda multa, multi
stabunt iudicibus cadentque coram,
multus divitias relinquet harpax,
multus se veterator ipse fallet,
multa vulgus hians stupescet, ante
Martino sua festa quam redibunt.

K.

Done into English by Will Shakespeare.

GENTLES, perchance you wonder at this show;
but wonder on, till truth makes all things plain.
this man is Pyramus, if you would know;
this bounteous lady Thisby is, certain.
this man, with lime and roughcast, doth present
wall,—that vile wall that did these lovers sunder,
and through wall's chink, poor souls, they are content
to whisper; at the which let no one wonder.
this man, with lantern, dog, and bush of thorn,
presenteth moonshine; for, if you will know,
by moonshine did these lovers think no scorn
to meet at Ninus' tomb, there, there to woo.
this grisly beast, which by name lion hight,
the trusty Thisby, coming first by night,
did scare away, or rather did affright.
and as she fled, her mantle did she fall;
which lion vile with bloody mouth did stain:
anon comes Pyramus, sweet youth and tall,
and finds his trusty Thisby's mantle slain.
whereat with blade, with bloody blameful blade,
he bravely broached his boiling bloody breast;
and, Thisby tarrying in mulberry shade,
his dagger drew, and died. for all the rest,
let lion, moonshine, wall, and lovers twain,
at large discourse, while here they do remain.

Pyramus.

SWEET Moon, I thank thee for thy sunny beams;
I thank thee, Moon, for shining now so bright:
for by thy gracious golden glittering streams
I trust to taste of truest Thisby's sight.

Ἐκ τῆς ἐλεεινοτάτης κωμῳδίας, ἐν ᾗ Πυραμοῦ καὶ Θίσβης οἰκτρότατα παθήματα διηγεῖται ὁ ποιητής.

Παράβασις.

Ὦ θεώμενοι, τάχ' ἴσως θαυμάσεσθε τὴν θέαν.
ἀλλ' ἔτ', ἔστ' ἂν πάντα φράσῃ τἀληθές, θαυμάζετε.
ἄνδρα τόνδε Πυραμὸν ὄντ' ἴστ', ἢν βούλησθ' εἰδέναι,
Θίσβη γὰρ παῖς καλλιπρόσωπος δῆλη 'στ' ἐκεινηί.
ἀνὴρ δ' οὔμπλεως χάλικος καὶ πηλοῦ μιμήσεται
τεῖχος τοὐπίτριπτον, ἐραστὰ διεῖργον τὼ δύο.
τώδε γὰρ τείχους δι' ὀπῆς ἀσμένως τρισαθλίω
νῦν πρὸς ἀλλήλω ψιθυρίζουσ'· ἃ μηδεὶς θαυμάσῃ.
ἄνδρα κεῖνον δ', ὃς κύν' ἱπνόν τ' ἔχει κἀκάνθης βάτον,
σελήνης πρόσωπον ὁρᾶτ'· ἢν γὰρ βούλησθ' εἰδέναι,
τὼ δύ' οὐκ αἰδεῖσθον ἐραστὰ Σεληναίας σέλας
εἰς Νίνου τύμβον προαπαντῶντε καὶ παίζοντ' ἐκεῖ.
θηρίον τόδ' αὖ χαροπόν, λέονθ' ὃν κικλήσκομεν,
Θίσβην πιστήν· ἐρχομένη δ' ἡ παῖς νυκτὸς ἔφθασεν·
ἐξέπληξ' εἶτ' οὖν ἐφόβησ'· ὧδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ.
φεύγουσαν δὲ θοἰμάτιον λανθάνει πίπτον χαμαί,
χὠ λέων γνάθοις ἀκάθαρτος χραίνει μιαφόνοις.
κἀν τῷδ' ἡδὺς ὑψικόμας μειρακίσκος προσμολὼν
κτάμενον εὗρε θοἰμάτιον Θίσβης πιστῆς Πυραμός.
φασγάνῳ δὲ τῷ φοβερῷ τῷ φονῶντι φασγάνῳ
φλᾷ φλογωπὸν φοιταλέος φοινίαν φίλην φρένα.
εἶτα, Θίσβη γὰρ παρέμεινεν μόρου σκιᾶς ὕπο,
ἔγχος εἵλκυσ' εἶτ' ἔθανεν. τἄλλα δ' οὖν πάνθ' ὡς ἔχει,
ἡ σελήνη, τὼ δύ' ἐραστά, τὸ τεῖχος, χὠ λέων,
οἷδ' ἀφηγείσθων τάδ', ἕως ἐνθαδὶ μένουσ' ἔτι.

Ἐκ τῆς αὐτῆς κωμῳδίας λείψανον.

Π. Δῖα Σελήνη, σὲ δὲ μαρμαρυγῆς ἄγαμαι τῆς ἡλιοειδοῦς.
ἄγαμαι δῆτ', ὦ δῖα Σελήνη, σελαγεῖς σέλας οὕνεκα λαμπρόν·
ὑπὸ γὰρ τοῖς σοῖς χρυσορύτοισιν χλιδανοῖς χαρίεσσι ῥεέθροις
ὅσσων Θίσβης τῆς πιστοτάτης πίστις πάρα πάγχυ πάσασθαι.

but stay—o spite!
but mark—poor knight,
what dreadful dole is here?
eyes, do you see?
how can it be?
o dainty duck! o dear!
thy mantle good,
what, stained with blood?
approach, ye furies fell!
o fates, come, come!
cut thread, and thrum!
quail, crush, conclude, and quell!

SHAKESPEARE.

To Sir Henry Vane the younger.

ANE, young in years, but in sage counsel old,
than whom a better senator ne'er held
the helm of Rome, when gowns, not arms, repelled
the fierce Epirot, and the African bold;
whether to settle peace, or to unfold
the drift of hollow states hard to be spelled;
then to advise how war may best upheld
move by her two main nerves, iron and gold,
in all her equipage: besides to know
both spiritual power and civil, what each means,
what severs each, thou hast learned, which few have done.
the bounds of either sword to thee we owe:
therefore on thy firm hand religion leans
in peace, and reckons thee her eldest son.

MILTON.

ἀτὰρ οὐχὶ μενεῖς; φεῦ τῆς ὕβρεως·
ὦ δύσμορ' ἐράστ', οὐχὶ κατόψει;
τί τόδ' αὖ φοβερὸν φρικῶδες ὁρᾶν;
ἦ τήνδε θέαν λεύσσετον, ὄμματε;
πῶς δέ, νεόττιον,
ὦ νηττάριον, τάδ' ἂν εἴη;
τὸ δ' ἀμώμητον στάζειν αἵματι
σὴν ἀμπεχόνην. ἐπιχαιρέκακοι
δεῦρ' ἴτ' Ἐρινύες· ἔλθετε Μοῖραι·
τέμνετε λήνεα, τέμνετε πηνία·
κείρετε καίνετε
κἀκθλίβετε, κᾆτα πεπαύσθω.

R. S.

Secundis temporibus dubiisque rectus.

PRIMAEVUS annis, consiliis senex,
tu, Vane, Musa teste vocaberis,
quo non gubernaclum senator
Romuleum melior tenebat,
quando peritae vox sapiens togae,
non vis sagati militis, efferum
certamen Epiri refregit
et Libyae furiale robur;
seu firma suades foedera, seu doces
calumniantis quid populi tegant
incepta, seu munire nervis
militiam properas duobus
ferrique et auri. quid statuat sacrum,
civile quid ius, quosque habeant modos,
haut ista te fallunt sagacem
discere quae didicere pauci.
utrique fines tu gladio suos
addicis. ergo stat tibi maximo
confisa natorum tuaque
relligio stabilita dextra.

K.

Delays are dangerous.

HUN delays, they breed remorse,
take thy time while time is lent thee.
creeping snails have weakest force,
fly their fault lest thou repent thee.
good is best when soonest wrought,
lingred labours come to nought.
Hoise up sail while gale doth last,
tide and wind stay no man's pleasure;
seek not time when time is past,
sober speed is wisdom's leisure.
afterwits are dearly bought,
let thy forewit guide thy thought.
Time wears all his locks before,
take thy hold upon his forehead;
when he flies he turns no more,
and behind he shews a bare head.
works adjourned have many stays,
long demurs breed new delays.
Seek thy salve while sore is green,
festred wounds ask deeper lancing,
after-cures are seldom seen,
often sought scarce ever chancing.
time and place give best advice,
out of season out of price. SOUTHWELL.

Oliver Cromwell.

LD Oliver 's gone to the dogs—
oh no, I do mistake:
he's gone in a wherry over the ferry
is call'd the Stygian lake.
but Cerberus, that great porter,
did read him such a lecture,
that made him to roar
when he came on shore
for being Lord Protector.

CAVALIER SONG.

Pelle moram.

TOLLE moras, dolor unde tibi succrescet amarus,
arripe labentem, dum sinit hora, diem:
reptanti cocleae vis est tenuissima, quarum,
ne pigeat, noli criminis esse reus.
sunt bona quae temptas? cito perfice, et optima fient:
occidit ad nilum quem remorere labor.
pande sinus, tua vela dato spirantibus auris;
nullius arbitrio pontus et auster eunt:
neu pete praeteritam, quando semel avolat, horam;
sobrius adproperas? otia nacte, sapis.
stat magno bona mens Epimetheos empta; fac ergo
arte Promethea tu tua corda regas.
omnes ante gerit crinita fronte capillos
tempus; in adverso vertice fige manum:
nec respectanti iam, cum fugit, aufugit ore;
levis et occipiti nudaque calva patet.
multimodis pendent opera interrupta, diuque
versavisse novas est generasse moras.
vulnere iam crudo medicamina quaere: secandum
altius hoc, quotiens inveterascet, erit:
vix ratiost remedi, cum iam sanata gravescunt;
saepe quidem petitur, saepe petita fugit.
sunt consulta loco, sunt tempore capta, iuvabunt;
intempestivast merx, ego nullus emo.

H. A. J. M.

Παφλαγών.

Παφλαγὼν ἔρρει. μῶν ἐς κύρακας;
τὸ μὲν οὖν τούτου σαφὲς ὡς εἰπεῖν,
ἐν πλοιαρίῳ διὰ τὸν πορθμὸν
Στυγίας λίμνης, ἣν ὀνομάζουσ',
ἐπεραιώθη. καὶ σχύντ' ἐπὶ γῆν
ὁ μέγας Κέρβερος, οὐπὶ θύραις στάς,
ἐφρένωσέ νιν ὧδ' ἔστ' οἰμώζειν
μάκρ' ἐποίησεν πατρίδος αἵας
ὡς ἐτυράννευσ'
ἔκνομος ὢν δημοπίθηκος.

C. H. G.

The Portress of Hell-gate.

THE key of this infernal pit by due,
and by command of heaven's all-powerful king,
I keep, by him forbidden to unlock
these adamantine gates; against all force
Death ready stands to interpose his dart,
fearless to be o'ermatch'd by living might.
but what owe I to his commands above
who hates me, and hath hither thrust me down
into this gloom of Tartarus profound,
to sit in hateful office here confined,
inhabitant of heaven and heavenly-born,
here in perpetual agony and pain,
with terrours and with clamours compassed round
of mine own brood, that on my bowels feed?
thou art my father, thou my author, thou
my being gav'st me; whom should I obey
but thee? whom follow? thou wilt bring me soon
to that new world of light and bliss, among
the gods who live at ease, where I shall reign
at thy right hand voluptuous, as beseems
thy daughter and thy darling, without end.

MILTON.

Marion.

WILL ye gae to the ewe-bughts, Marion,
and wear in the sheep wi' me?
the sun shines sweet, my Marion,
but nae half sae sweet as thee.
oh, Marion's a bonny lass,
and the blythe blink's in her e'e;
and fain wad I marry Marion,
gin Marion wad marry me.
I've nine milch ewes, my Marion,
a cow, and a brawnie quey;
I'se gie them a' to my Marion
just on her bridal day.

Ταρτάρου μελαμβαθοῦς κληδοῦχος.

Τὴν τῶνδε κλῆδα νερτέρων μυχῶν δίκῃ
θεῶν τ' ἄνακτος παγκρατοῦς βουλεύμασι
φρουρῶ, πυλῶν ταχθεῖσα μὴ χαλᾶν μοχλοὺς
ἀδαμαντίνοις κλήθροισι συγκεκλῃμένων·
καὶ τοῖσιν εἰσφρεῖν πρὸς βίαν πειρωμένοις
Θάνατος ἕτοιμός ἐστιν ἀναπῆλαι βέλος,
πάντων ὅσοιπερ ζῶσ' ἀδείμαντος σθένους.
πῶς οὖν ἐφετμαῖς τοῦδ' ἔφυν ὑφειλέτις
ὑφ' οὗ δι' ἔχθος ἐνθάδ' ἐκβεβλημένη
ἐς τήνδ' ἄβυσσον Ταρτάρου μελαμβαθοῦς
ἀπευχέτοισιν ἐγκατέζευγμαι δύαις,
ἢ πρίν ποτ' ᾤκουν δαιμόνων δαίμων ἕδρας ;
κλύω δ' ἐς ἀεὶ δειμάτων γόων τ' ὄχλον
σπορᾶς ἐμαυτῆς, τῶν ἐμῶν σπλάγχνων βλάβης.
σὺ δ' εἶ πατήρ μου καὶ γενεθλίῳ σπορᾷ
τὸ ζῆν ἔδωκας. τῷ με πειθαρχεῖν χρεὼν
σοῦ μᾶλλον, ἢ τῷ πλὴν σέθεν μεθέψομαι ;
σὺ γάρ μ' ἐς αὐγὰς καὶ πανολβίους ἕδρας
θεῶν ἀπάξεις, οἷς ἐν ἡσύχῳ βίος·
καί μ' ἐν θρόνοισιν ἡδέως τυραννικοῖς
στήσεις, ὅτοισιν εἰκὸς ἐνθακεῖν ἐμέ,
ἥ σοι πέφυκα παῖς τε χαρμονή τ', ἀεί.

A. W. P.

Merione.

QUIN huc digrediens, Merione, visis ovilia
et mecum teneras claudis oves cratibus in suis ?
sol ornet radiis, Merione, dulcibus aethera,
tu plus dimidio dulcior es, saviolum meum.
primus virginei Merione fulget honos chori,
claris eiaculans luminibus laetitiae faces :
o quam suave foret Merionen ducere coniugem,
si vellet mihi se coniugio noster amor dari.
tondet vacca mihi cum vitulo gramina pinguia,
lactentesque novem, Merione, pascit oves ager :
quorum nil tibi non detulero, lux mea, muneri
quo mecum venies in casulam nupta meam die.

K.

There was War in Heaven.

HE on his impious foes right onward drove,
gloomy as night: under his burning wheels
the stedfast empyrean shook throughout,
all but the throne itself of God. full soon
among them he arrived, in his right hand
grasping ten thousand thunders, which he sent
before him, such as in their souls infixed
plagues. they, astonished, all resistance lost,
all courage; down their idle weapons dropt.
o'er shields and helms and helmed heads he rode
of thrones and mighty seraphim prostrate,
that wished the mountains now might be again
thrown on them as a shelter from his ire.
nor less on either side tempestuous fell
his arrows, from the fourfold-visaged Four
distinct with eyes, and from the living wheels
distinct alike with multitude of eyes.
one spirit in them ruled, and every eye
glared lightning, and shot forth pernicious fire
among the accursed, that withered all their strength,
and of their wonted vigour left them drained,
exhausted, spiritless, afflicted, fallen.
yet half his strength he put not forth, but checked
his thunder in mid volley; for he meant
not to destroy, but root them out of heaven.
the overthrown he raised; and as a herd
of goats or timorous flock together thronged,
drove them before him thunderstruck, pursued
with terrors and with furies to the bounds
and crystal wall of heaven, which, opening wide,
rolled inward, and a spacious gap disclosed
into the wasteful deep. the monstrous sight
struck them with horror backward, but far worse
urged them behind: headlong themselves they threw

Μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

ROTINUS incestos it nigrae noctis in hostes
instar habens ; caeli stabilis flammantia templa
nutant tota rotis subter ferventibus, ipsa
sede Dei tamen excepta. iamque ocius illis
intererat : dextra flammarum milia dena
prensat agens ante atque infigit corde sub alto
pestes. attoniti cessant obsistere, cessat
robur et e manibus procumbunt irrita tela.
scuta supra, supra galeas galeataque regum
magnorumque ducum pergit capita ire iacentum.
quam vellent iterum montes, tutamen ab ira,
insuper imponi ! nec setius imber utraque
parte sagittarum descendit turbinis instar
quattuor e formis gestantibus ora quaterna,
quaeque oculis distincta suis, distinctaque crebris
quaeque oculis rota viva modo iaculatur eodem.
sed cunctos mens una regit, sed fulguris omnes
stant oculi flammis, unde exitiabilis ignis
emicat invadens sceleratorum agmina, quorum
vis exusta perit, solitus vigor ossa reliquit,
fitque exhausta, exspes, afflicta abiectaque turba.
sed neque dimidias vires exercet et ignem
lapsu inhibet medio, neque enim tam exscindere gentem
quam caelo voluit radicitus eruere omnem.
eversos levat ipse, gregisque ex more coacti
caprarum timidive ovium fugat ignibus ante
afflatos, dum pone metus diraeque secuntur
ad fines usque et pellucida moenia caeli.
illa patent late atque in se revoluta lacunam
ingenti spatio pandunt ad inane profundum.
visum excussit atrox retrorsum horrore, sed ursit
terga tamen longe peius : de margine caeli
dant se praecipites ; ast ira aeterna flagravit
ad cassum fundo post illos usque barathrum.

down from the verge of heaven: eternal wrath
burnt after them to the bottomless pit.
Hell heard the unsufferable noise, Hell saw
Heaven ruining from Heaven, and would have fled
affrighted; but strict fate had cast too deep
her dark foundations, and too fast had bound.
nine days they fell. confounded Chaos roared,
and felt tenfold confusion in their fall
through his wild anarchy; so huge a rout
encumbered him with ruin. Hell at last
yawning received them whole, and on them closed;
Hell their fit habitation, fraught with fire
unquenchable, the house of woe and pain.

MILTON.

Then comes in the Sweet of the Year.

THE soote season, that bud and blome forth brings,
with grene hath clad the hill and eke the vale;
the nightingale with fethers new she sings;
the turtle to her make hath told her tale:
somer is come, for every spray now springs;
the hart hath hong his old hed on the pale;
the buck in brake his winter coate he flings;
the fishes flete with new repaired scale:
the adder all her slough away she flings;
the swift swalow pursueth the flies smale;
the busy bee her hony now she mings;
winter is worne, that was the flowers' bale:
and thus I se among these pleasant things
eche care decays; and yet my sorrow springs.

SURREY.

The Disinherited Heir.

HIS whole estate thy father by his will
left to the poor; thou hast good title still.

DONNE.

importunum Orcus strepitum audiit, Orcus ab aethra
praecipitantem aethram vidit, pavidusque dedisset
ipse fugam, ni caeca tenax fundamina fatum
iecisset nimium alta et idem nimium arta ligasset.
ternos ter cecidere dies; mugire ruina
attonitum Chaos omne decemgeminosque tumultus
per molem sentire rudem atque informia regna,
tantae cladis erat violenta strage gravatum.
tandem Erebus facto integros accepit hiatu,
his Erebus domus apta, supraque inclusit: ibi ignis
ardet inextinctus stabulantque et luctus et angor.

H. A. J. M.

Nunc formosissimus Annus.

MELLEA pars anni, florum frondisque creatrix,
iam viridi valles et iuga veste tegit;
colloquium vocalis init cum compare turtur,
laeta novis plumis Attica cantat avis.
ver rediit ruri: iam quaeque repullulat herba,
iam micat in vitreo squama refecta lacu.
cornua mutatus suspendit in arbore cervus;
pelle novus posita currere gestit oryx.
per liquidum muscas tenues cita captat hirundo;
proicit hibernam vipera picta cutim;
sedula miscet apis fragrantem mellis acervum,
pestis enim florum noxia fugit hiemps.
cetera laetantur: deponunt cetera curas:
sed mihi tristitiae flebile crescit onus.

K.

Pauper Heres.

DIVITIAS pater, Aule, tuus legavit egenis
iam moriens: heres tu potes esse patris.

K.

The Warring Angels.

O saying, a noble stroke he lifted high,
which hung not, but so swift with tempest fell
on the proud crest of Satan, that no sight,
no motion of swift thought, less could his shield,
such ruin intercept: ten paces huge
he back recoiled; the tenth on bended knee
his massy spear upstaid; as if on earth
winds under ground, or waters, forcing way,
sidelong had pushed a mountain from its seat,
half sunk with all his pines. amazement seized
the rebel thrones, but greater rage, to see
thus foiled their mightiest; ours joy filled, and shout,
presage of victory, and fierce desire
of battle: whereat Michaël bid sound
the archangel trumpet; through the vast of heaven
it sounded, and the faithful armies sung
hosanna to the Highest: nor stood at gaze
the adverse legions, nor less hideous joined
the horrid shock. now storming fury rose,
and clamour, such as heard in heaven till now
was never; arms on armour clashing brayed
horrible discord, and the madding wheels
of brazen chariots raged; dire was the noise
of conflict; over head the dismal hiss
of fiery darts in flaming volleys flew,
and flying vaulted either host with fire.
so under fiery cope together rushed
both battles main, with ruinous assault
and inextinguishable rage. all heaven
resounded; and had earth been then, all earth
had to her centre shook.

MILTON.

Βὰν δ' ἴμεναι πολεμόνδε θεοί.

DIXIT, et assurgens plagam molitur opimam,
nec dubiam pendentem : ea tanto turbine cristis
mobilibus Satanae superincidit, ut neque velox
vis animi aut oculorum acies, nedum obvius umbo,
fulmineam queat excipiens prohibere ruinam.
reccidit ille gradus vastos bis quinque retrorsum :
in decimo attinuit duplicato poplite nixum
ingens hasta ; velut montem cum sede revulsum
subterranea vis ventorum aut actus aquaï
cum trabibus piceis omnem in latus inclinavit
semirutum. stupor incessit Titanas et ira ;
saevior ira, palam passo praetore repulsam.
exsultare animis nostri ; palmamque frequentes
praecipiunt, mediisque furunt miscerier armis.
Michaël jubet inde cani sacro aere : canorem
dat tuba per vacuum, caelestiaque agmina magna
voce vocare Deum. nec in uno exercitus alter
defixus stetit obtutu : concurritur ultro
vi paribusque minis. nunc irae gliscere caelo ;
nunc perterricrepi fremitus clarescere, numquam
auditi prius. arma armis allisa dedere
horrificum flictu clangorem, aerisque rotarumque
omne solum saevire sonoribus : impete tanto
agmina confremuere. supra caput igneus imber
missilibus tractim flammis stridetqve volatque,
vulcanoque volans acies lato integit ambas.
ergo fulmineus superimminet arcus euntes
comminus in certamen inexpletumque furentes.
omne fragore tonat caelum : et, si terra fuisset,
terra quoque omnis humo penitus tremefacta labasset.

T. S. E.

The Fond Lover.

HY so pale and wan, fond lover?
prithee, why so pale?
will, when looking well can't move her,
looking ill prevail?
prithee, why so pale?
why so dull and mute, young sinner,
prithee, why so mute?
will, when speaking well can't win her,
saying nothing do't?
prithee, why so mute?
quit, quit, for shame; this will not move,
this cannot take her,
if of herself she will not love,
nothing can make her.
the devil take her!

SUCKLING.

Sir Hudibras.

E grant, although he had much wit,
h' was very shy of using it,
as being loth to wear it out,
and therefore bore it not about,
unless on holiday or so,
as men their best apparel do.
besides 'tis known he could speak Greek
as naturally as pigs squeak,
that Latin was no more difficile
than to a blackbird 'tis to whistle.
being rich in both he never scanted
his bounty unto such as wanted;
but much of either would afford
to many that had not one word.

BUTLER.

Ad mea, decepti iuvenes, praecepta venite.

Τί χλωρὸς ὧδ', ἐραστά,
τί δ' ὠχριῶν ἀλύεις ;
ὅς γ' οὔ τι τήνδ' ἔκαμπτες
κάλλιστος ὢν ἁπάντων,
πῶς αἰσχρὸς ὢν κρατήσεις ;
τί μοι, τί ταῦτ' ἀλύεις ;
τί κωφὸς ὧδ', ἄμουσε,
μελαγχολῶν τ' ἀλύεις ;
ὅς γ' οὔ τι τήνδ' ἔπειθες
λέγων ἄριστα πάντων,
πῶς σῖγ' ἔχων δυνήσῃ;
τί δή, τί ταῦτ' ἀλύεις ;
παῦσαι τοιαῦτ' ἀλύων·
οὐχ ὧδ' ἔλοις ἂν αὐτήν.
εἰ μὴ θέλει τὸ πρῶτον
ἐρᾶν ἑκοῦσ' ἑκόντος,
οὐδ', ἢν τι δρᾷς, θελήσει.
μέθες, μέθες μιν ἔρρειν.

K.

Noris nos, inquit, Docti sumus.

NON animo caruit noster, sed noluit uti;
lucibus hunc certis protulit ille foras,
ne tereret metuens: festis ut lauta diebus
vestimenta solet promere bellus homo.
sed, mentem propriis ut sus grunnitibus edens,
traditur hic Graece sic potuisse loqui,
nec solitus sermone minus garrire Latino
quam merula argutos pipilet ore modos.
dives ut amborum, sic parcus neutrius, ultro
praestabat veteres, siquis egeret, opes.

K.

The Accusing Soul.

GO, soul, the body's guest,
upon a thankless arrant,
fear not to touch the best,
and truth shall be thy warrant:
go, since I needs must die,
and give the world the lie.
Tell men of high condition,
that manage the estate,
their purpose is ambition,
their practice only hate:
and if they once reply,
then give them all the lie.
Tell age it daily wasteth,
tell honour how it alters;
tell beauty how she blasteth;
tell favour how it falters;
and if they shall reply,
give every one the lie.

SIR W. RALEIGH.

The Death of Paganism.

GO in the still, deserted fane
the mourning priest is left alone,
the sea-nymph haunts no more the main,
the Dryad from the grove is gone.
no bolt defends the Thunderer's brow,
vain, vain Apollo's wisdom now.
no spirit in the statue dwells:
the fires die out that deathless were:
and, wise no more, old oracles
stammer and lie and cease.
untired, unresting, everywhere
by fount and grove and sacred well
the mighty Prophet sounds the knell
of all thy gods, O Greece.

A.

Animula vagula.

ITO, anime, i quondam perituri corporis hospes,
vindicis ingratum suscipe munus eri.
aggrediere viros: veniant in crimina summi,
dictorumque fides non levis auctor erit.
i, mea maturo dabitur quod vita sepulcro:
argue quot scateant tempora nostra malis.
i, reprehende quibus rerumst commissa potestas,
parce nec illustri condicione viris.
his etenim haec summast: odiis crudelibus ardent,
pectoraque insano laudis amore tument.
dicta redarguerit si quis crimenque negarit,
invalidum et mendax quidlibet esse proba.
fare age ut instabiles hominum mutentur honores,
langueat ut tarda curva senecta lue.
gratia ne careat culpa; flaccescit in horas;
attenuant formam deminuuntque dies.
haec renuit siquis, si se negat esse nocentem,
omnis criminibus sit rea vita tuis.

A. W. P.

Di periere.

EN templum sine voce vacat, maeretque sacerdos
numine cultorem destituente suum.
ludere sueta prius Nereis in aequore cessit;
desiit in silvae fronde latere Dryas;
protegit ipse Tonans haud ullo fulmine frontem;
nil iam, nil propria Delius arte valet.
marmoribus defit divinae spiritus aurae;
friget, inexstincto qui fuit igne, focus:
oracli titubat vox inscia facta vetusti,
orsaque mentiri tempus in omne tacet.
nulla non regione potens se nuntius infert,
indefessus agens, irrequietus, iter:
per nemora, ad fontes cantat laticesque sacratos:
'quotquot erant Graecis deperiere dei.'

H. W. M.

Alma Venus.

AENEADUM genetrix, hominum divomque voluptas,
alma Venus, caeli subter labentia signa
quae mare navigerum, quae terras frugiferentis
concelebras, per te quoniam genus omne animantum
concipitur visitque exortum lumina solis.
te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli
adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
summittit flores, tibi rident aequora ponti
placatumque nitet diffuso lumine caelum.
nam simul ac species patefactast verna diei
et reserata viget genitabilis aura favoni,
aeriae primum volucres te, diva, tuumque
significant initum perculsae corda tua vi.
inde ferae pecudes persultant pabula laeta
et rapidos tranant amnis ; ita capta lepore
te sequitur cupide quo quamque inducere pergis.
denique per maria ac montis fluviosque rapacis
frondiferasque domos avium camposque virentis
omnibus incutiens blandum per pectora amorem
efficis ut cupide generatim saecla propagent.
quae quoniam rerum naturam sola gubernas
nec sine te quicquam dias in luminis oras
exoritur neque fit laetum neque amabile quicquam,
te sociam studeo scribendis versibus esse
quos ego de rerum natura pangere conor
Memmiadae nostro, quem tu, dea, tempore in omni
omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
quo magis aeternum da dictis, diva, leporem.
effice ut interea fera moenera militiai
per maria ac terras omnis sopita quiescant ;
nam tu sola potes tranquilla pace iuvare
mortalis, quoniam belli fera moenera Mavors
armipotens regit, in gremium qui saepe tuum se

Χρυσέη Ἀφροδίτη.

Αἰνεαδέων γενέτειρα, θεῶν χάρις ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
πουλυβότειρ' Ἀφροδίτη, ὑπ' ἄστρασιν οὐρανοφοίτοις
ἣ ῥ' ἄλα νηυσιπέρητον ἰὲ ζείδωρον ἄρουραν
ἀνστρέφεαι, διὰ σεῖ' ὅτε ἔθνεα πάντα κυεῖται
ζωόντων ἀνιόντα θ' ὁρᾷ φάος ἠελίοιο·
φεύγουσίν σ' ἄνεμοι, φεύγει νέφε' οὐρανόθι πρὸ
ἐρχομένην σε, θεά· σοὶ ἡδέα δαίδαλον οὖδας
ἄνθε' ὑπεκπροέηκε, γέλασσε δὲ νῶτα θαλάσσης,
μειλιχθεὶς δ' αἴγλῃ λάμψ' οὐρανὸς ἀμφιχυθείσῃ.
καὶ γὰρ ὅτ' εἰαρινὸν ἀναπέπταται ἤματι εἶδος
ἐκ δὲ λυθὲν ζεφύροιο μένος φυσίζοον ὁρμᾷ,
πρῶτα μὲν ἀμφαίνουσιν ὑπουράνιοί σ' ὄρνιθες
σάς τ' ἐσύδους κατὰ θυμόν, ἀτέμβει γάρ σφε τελῇ ἵς.
θῆρες δ' αὖ θρώσκουσι νομοὺς ἀνὰ τηλεθόωντας
καὶ ποταμοὺς νήχουσι δι' ὠκέας· ὣς γλυκὺς αἰρεῖ
ἵμερος ἔνθ' ἴμεν ᾗ κε ἑκάστῳ ἡγεμονεύῃς.
καὶ δ' ἀνὰ πόντον ὄρεά τε καὶ ὕδατα δινήεντα
οἰωνῶν τ' εὔφυλλα μέλαθρ' ἀγρούς τ' ἐριθηλέας
πᾶσιν ἔρον γλυκύθυμιον ἐνὶ στήθεσσιν ἰεῖσα
ἐνδυκέως κατὰ φῦλα τεκέσθαι τέκνα βιάζεις.
αὐτὰρ ἐπεὶ μούνῃ πάντων φύσει ἐμβασιλεύεις
οὐδέ τι νύσφι σέθεν δίους εἰς ἤματος οὔρους
οὔτε πέφυκ' οὔτ' αὖ θαλερὸν γένετ' οὐδ' ἐρατεινόν,
χρηίζω σὲ παρέμμεν' ἐμαῖς ἐπιτάρροθον οἵμαις,
ταῖσιν ἀειδέμεναι πάντων φύσιν ἠμετέροιο
Μεμμιάδεω μέμον' εἴνεχ', ὃν ἐκπρεπέ' ἤματα πάντα
πᾶσι, θεά, καλοῖσι κεκασμένον ἤθελες εἶναι.
τῷ μᾶλλόν γε ἔπεσσι πόροις χάριν ἄφθιτον αἰεί.
ἀλλὰ τέως κοίμησον ἀπηνέα δηιοτῆτος
ἔργ' εὔδειν πᾶσαν κατὰ γῆν πᾶσαν δὲ θάλασσαν·
οἵη γάρ τ' ἀγανὴν δύνασαι δόμεν ἀνθρώποισιν
εἰρήνην, ἐπεὶ πολέμου νέμει ἄγρια ἔργα
Ἄρης ἐγχεσίμωρος, ὃς ἐν σῷ πολλάκι κόλπῳ
πίπτει ἀνηκέστοισι δαμεὶς ἕλκεσσι πόθοιο·

reicit aeterno devictus vulnere amoris,
atque ita suspiciens, tereti cervice reposta,
pascit amore avidos inhians in te, dea, visus,
eque tuo pendet resupini spiritus ore.
hunc tu, diva, tuo recubantem corpore sancto
circum fusa super, suavis ex ore loquellas
funde petens placidam Romanis, incluta, pacem.
nam neque nos agere hoc patriaï tempore iniquo
possumus aequo animo nec Memmi clara propago
talibus in rebus communi desse saluti.

LUCRETIUS.

To Phyllis.

PHYLLIS, why should we delay
pleasures shorter than the day?
could we (which we never can)
stretch our lives beyond their span,
beauty like a shadow flies,
and our youth before us dies:
or, would youth and beauty stay,
Love hath wings, and will away.
Love hath swifter wings than Time;
change in love to heaven does climb;
gods, that never change their state,
vary oft their love and hate.
Phyllis, to this truth we owe
all the love betwixt us two.
let not you and I inquire
what has been our past desire;
on what shepherd you have smiled,
or what nymphs I have beguiled:
leave it to the planets too
what we shall hereafter do:
for the joys we now may prove,
take advice of present love.

WALLER.

καὶ τότε ἑρκόμενός σ' ἀπό τ' εὐφυέ' αὐχένα ὀχμῶν
ὔσσε μεμαύτ' ἔρῳ βόσκει, θεά, εἰς σὲ κεχηνὼς
ὕπτιος, ἐκ δὲ τεοῦ κρέμαται στόματός οἱ αὐτμή.
τὸν σύ, θεά, κλινθέντα τεῷ προτὶ σώματι δίῳ
ἀμφὶ περιπροχυθεῖσα χέ' ἐκ γλώσσης ὕπα καλήν,
πότνια, Ῥωμαίοις αἰτεῦσ' ἐρατὴν εἰρήνην.
οὐ γὰρ ἐγὼ πάτρης μετὰ πήμασι τοῦτό γ' ἀπήμων
ἔρδειν οὐδ' ἂν τλαίη ὁ Μεμμίου ἀγλαὸς ὄζος,
τῇδε παρὰ χρειοῖ, ξυνῆς χάσσασθαι ἀνάγκης.

H. A. J. M.

Carpe Diem.

QUID, mea Phylli, iuvat longos differre per annos
gaudia praecipiti vel breviora die?
si fas cuique foret vitam, quod fata negarunt,
ultra concessas ducere sorte colos,
forma tamen veluti tenues fugit umbra per auras,
et citius quam nos ipsa iuventa perit.
si vellet iuvenale decus, si forma manere,
at celeri penna transvolat acer Amor.
ille habet alarum citiorem Tempore motum,
caelestique etiam sunt in amore vices;
et, cui nil aliud varium et mutabile, saepe
motibus alternis odit amatque deus.
hinc, mea Phylli, venit, si vis mihi credere, nostra
pectora sinceri quidquid amoris habent.
nobis scire nefas, nec iam, mea vita, rogemus,
qui mihi temptarit, qui tibi pectus amor:
quem modo fallaci tu spe lactaris amantem,
quae fuerit verbis capta puella meis,
astra docere queant: astris permitte, quid ipsa
mox facias, et quae sint facienda mihi.
tempora quid laeti nobis praesentia donent
sit tibi nunc monitor, sit mihi, solus amor.

E. M. C.

The Curse of Kings.

E.  REAT king, within this coffin I present
thy buried fear: herein all breathless lies
the mightiest of thy greatest enemies,
Richard of Bordeaux, by me hither brought.
B. Exton, I thank thee not; for thou hast wrought
a deed of slander with thy fatal hand
upon my head and all this famous land.
E. From your own mouth, my lord, I wrought this deed.
B. They love not poison that do poison need,
nor do I thee: though I did wish him dead,
I hate the murderer, love him murdered.
the guilt of conscience take thou for thy labour,
but neither my good word nor princely favour:
with Cain go wander through the shade of night,
and never shew thy head by day nor night.
lords, I protest my soul is full of woe
that blood should sprinkle me to make me grow.
come mourn with me for what I do lament,
and put on sullen black incontinent.
I'll make a voyage to the Holy Land,
to wash this blood off from my guilty hand.
march sadly after: grace my mournings here,
in weeping after this untimely bier.

SHAKESPEARE.

The Parasitic Theory.

IG fleas have little fleas
upon their backs to bite 'em;
little fleas have lesser fleas,
and so 'ad infinitum.'

A.

Tuum maculavi crimine nomen.

Ε. Ὦ ’ναξ φέριστε, ξυντεθαμμένον δέος
τὸ σὸν στέγει τόδ’ ἄγγος· ἄψυχος δ’ ὅδε
ὁ πρὶν μέγιστος πολεμίων κεῖται σέθεν
Εὐκάρδιος, βάσταγμα τῆς ἐμῆς χερός.
Β. οὗτοι σ’ ἐπῄνεσ’, ὅς γ’ ἀνηκέστῳ χερὶ
ὄνειδος αἰσχρὸν ἐγκατέσκηψας τόδε
ἐς κρᾶτα τοὐμὸν ἔς τε πάνδημον πόλιν.
Ε. καὶ μὴν ἔτλην τὸδ’ ἔργον ἐκ γλώσσης σέθεν.
Β. ἀλλ’ οὔθ’ ὅτῳ δεῖ φαρμάκων αὐτὸς φιλεῖ
τὰ φάρμακ’ οὔτ’ ἐγὼ σέ· κεἰ θανεῖν σφ’ ἔδει,
φιλῶ θανόντα τὸν κτανόντ’ ἀποπτύσας·
σοὶ δ’ οὖν ἔπαινος οὔτε κείσεται χάρις
ἀνθ’ ὧν ἔδρασας, ἀλλὰ τὸ ξυνειδέναι
μύσος τὸ σαυτοῦ χἄμα τῷ πρωτοκτόνῳ
πλάνητ’ ἀλᾶσθαι νυκτὸς ὀρφναίας σκότῳ,
καὶ μηκέτ’ αὐγαῖς ἡμέρας αἴρειν κάρα.
ἀλγεῖ γὰρ ἀλγεῖ φρήν, θεοὶ ξυνίστορες,
εἴ μοι χυθεὶς βλάστημον ἀλδαίνει φόνος.
ἴτ’ οὖν, ἄνακτες, ἀμφιβάλλεσθε στολὴν
πενθοῦντι συμπενθοῦντες ὡς τάχος λυγράν·
κἀγὼ πρὸς ἱεράν, ἐκ μιαιφόνου χερὸς
τόδ’ αἷμα νίψων, ναυστολήσομαι χθόνα.
ὑμεῖς βάδην ἕπεσθε, κήδειον χάριν,
δάκρυσιν ἄωρον τήνδε θρηνοῦντες ταφήν.

R. S.

Quid Fles?

MAGNE gemis parvo mulcatus pulice pulex
pulice tu, pulex parve, minore gemis.
efficitur series sic infinita dolorum;
magna facit parvum, parva dolere minus.

K.

The Stony Heart.

HENCE comes my love, O hearte, disclose:
'twas from her cheekes that shame the rose;
from lyppes that spoyle the rubie's prayse;
from eyes that mock the diamond's blaze.
whence comes my woe, as freely owne:
ah me! 'twas from a hearte lyke stone.
The blushynge cheeke speakes modest mynde,
the lyppes befittinge wordes most kynd:
the eye does tempte to love's desyre,
and seemes to say, 'tis Cupid's fire:
yet all so faire but speake my moane,
syth noughte dothe saye the hearte of stone.
Why thus, my love, so kyndely speake
sweet lyppe, sweet eye, sweet blushynge cheeke,
yet not a heart to save my paine?
o Venus, take thy giftes again;
make not so faire to cause our moane,
or make a hearte that's like our owne.

SIR JOHN HARINGTON.

Cupid.

UPID is a wicked wight;
yet, methinks, 'tis merely stupid
thus the old song to recite:
'what a wicked wight is Cupid!'
call him by an evil name,
Love is charmed, and thanks the caller,
glories in his very shame,
cocks his chin and looks the taller.
one thing sorely puzzles me:
tell us, Venus, if it may be,
how the daughter of the sea
came by such a firebrand baby.

K. *from the Greek.*

Stat tibi in corde lapis.

AUSA mihi quae sit, mea mens effator, amandi;
illius, adsurgit quîs rosa verna, genae,
curalii laudem rapientia labra, tuumque
lumina quae rident, vane pyrope, iubar.
causa mihi flendi quae sit neu parce fateri;
ei mihi! cor quo non durior ipsa silex.
molle rubet facies animum confessa pudicum;
mitia credideris mite labella loqui;
quae cupido sensus acies incendit amore,
nonne Cupidineam se docet esse facem?
sed tam pulchra meum declarant omnia luctum;
quippe tacet cordis saxeus ille rigor.
cur oculi, mea vita, tui tam suave locuntur,
labraque melle suo plena, genaeque rosis,
mens tamen est in te nostri secura doloris?
o tua nunc retro dona resume, Venus;
quae nos excruciet, tam pulchram fingere noli,
vel similem nobis fingere corde velis.

K.

Improbus ille Puer.

IRUS Amor, dirus. sed quo recitare misello
sic iterum atque iterum murmure: dirus Amor?
scilicet his ridetque puer, laedique renidet,
crescit et opprobriis erigiturque suis.
dic age, quae liquidi celebraris filia ponti,
quomodo tu flammae, Cypria, mater eras?

K.

Triumphant Death.

THE glories of our birth and state
are shadows, not substantial things:
there is no armour against fate;
death lays his icy hand on kings:
sceptre and crown
must tumble down,
and in the dust be equal made
with the poor crooked scythe and spade.
Some men with swords may reap the field,
and plant fresh laurels where they kill;
but their strong nerves at last must yield;
they tame but one another still:
early or late
they stoop to fate,
and must give up their murmuring breath,
while they, pale captives, stoop to death.
The garlands wither on your brow;
then boast no more your mighty deeds:
upon death's purple altar now
see where your victor-victim bleeds.
all heads must come
to the cold tomb;
only the actions of the just
smell sweet and blossom in the dust.

SHIRLEY.

John Lilburn.

AS John departed, and is Lilburn gone?
farewell to both, to Lilburn and to John.
yet, being dead, take this advice from me,
let them not both in one grave buried be;
but lay John here, and Lilburn thereabout;
for, if they both should meet, they would fall out.

BUTLER.

Damnosa quid non imminuit dies?

NIL fama confert, nil solidi genus
et res avitis in penetralibus;
quas saeva non expugnat arces
mors gelidam impositura dextram
reges in ipsos? nam diademata et
deiecta magnae sceptra tyrannidis
cum falce et agresti ligone
sorte pari premit aequa tellus.
quid ense campum si metit horridum
laurusque fuso in sanguine conserit
bellator? haud vivax in aevum
robur habet domitor domantem
passurus. omnes serius ocius
in vincla tractos nec sine questibus
vitam relinquentes triumpho
funereo Libitina ducet
exsangue vulgus. pone superbiam,
cui fronte laurus defluit. en ubi
mortis cruentatas severae
tingit ovans modo victor, idem
nunc victima, aras. omne quidem caput
olim ad sepulcri frigora venerit;
at sola fragranti coronat
flore memor pia facta caespes.

G. P.

Marcus Manlius.

MARCUS obit? fato concessit Manlius? ergo
Manlius et Marcus, nobile par, valeant.
at vos cognati, vos, gens agnata, cavete
ne tellus eadem nomen utrumque tegat.
tutior hic Marcus ponetur, Manlius illic;
compositis una rixa duobus erit.

K.

Eve at the Fountain.

THAT day I oft remember, when from sleep
I first awaked, and found myself reposed
under a shade on flowers, much wondering where
and what I was, whence thither brought, and how.
not distant far from thence a murmuring sound
of waters issued from a cave, and spread
into a liquid plain, then stood unmoved,
pure as the expanse of heaven. I thither went
with unexperienced thought, and laid me down
on the green bank, to look into the clear
smooth lake, that to me seemed another sky.
as I bent down to look, just opposite
a shape within the watery gleam appeared,
bending to look on me: I started back,
it started back; but pleased I soon returned;
pleased it returned as soon with answering looks
of sympathy and love: there I had fixed
mine eyes till now, and pined with vain desire,
had not a voice thus warned me: what thou seest,
what there thou seest, fair creature, is thyself;
with thee it came and goes.

MILTON.

Young Love among the roses.

ONE day as I was weaving a garland of sweet posies,
my luck it was to light upon young Love among
the roses;
so by the wings I caught him and plunged him in the
draught,
and seized the cup, and merrily Love, wine, and all I
quaff'd;
but ever since within me I have felt him, and i' faith
I'm much afraid his tiny plumes will tickle me to death.

BAYLEY (*from the Greek*).

Imaginis Umbra.

MULTA mihi redit illa dies, cum prima sopores
excussi: recubantem in floribus umbra tegebat
frondea: sic iacui multum meditata, quid essem
quaque, tulisset eo quae fors atque unde locorum.
haud procul inde latex saliens strepitabat aquaï
spelunca, liquidumque patescens latus in aequor
stabat caeruleus caelique exemplar aperti.
huc animi imprudens deveni membraque porro
fusa dedi virides per ripas, inque tuebar
marmora pura lacus splendentiaque aetheris instar
alterius. dum procumbo tueorque, per undam
ecce relucentem contraria fulsit imago,
procumbenti eadem similis similisque tuenti.
absilio; absilit illa: recurro laeta; recurrit
laeta, paremque pari vultu promittit amorem.
sicut eram, speculans steteram perfixaque vano
tabueram desiderio, nisi missa per aures
vox monuisset ibi, 'te, formosissima rerum,
te specularis; adest tecum pariterque recedit.'

T. S. E.

Haustus Amor.

SERTA mihi quondam texenti suavia florum
visus Amor mediis involitare rosis.
hunc ego correptis alis in pocula ieci,
vinaque commixto laetus Amore bibi.
mox teneras sensi plumas, timeoque, misellum
ne me titillans denique mactet Amor.

K.

Katherine and Grumio.

Kath.

PR'YTHEE go, and get me some repast;
I care not what, so it be wholesome food.

Gru. What say you to a neat's foot!

Kath. 'Tis passing good; I pr'ythee let me have it.

Gru. I fear, it is too cholerick a meat:—
how say you to a fat tripe, finely broiled?

Kath. I like it well; good Grumio, fetch it me.

Gru. I cannot tell; I fear, 'tis cholerick.
what say you to a piece of beef, and mustard?

Kath. A dish that I do love to feed upon.

Gru. Ay, but the mustard is too hot a little.

Kath. Why, then the beef, and let the mustard rest.

Gru. Nay, then I will not; you shall have the mustard,
or else you get no beef of Grumio.

Kath. Then both, or one, or any thing thou wilt.

Gru. Why, then the mustard without the beef.

Kath. Go, get thee gone, thou false deluding slave,
that feed'st me with the very name of meat:
sorrow on thee, and all the pack of you,
that triumph thus upon my misery!
go, get thee gone, I say.

SHAKESPEARE.

The Fisherman's Weather-wisdom.

HEN the wind is in the North,
then the fisher goes not forth;
when the wind is in the South,
it blows the hook in the fish's mouth;
when the wind is in the East,
then the fishes bite the least;
when the wind is in the West,
then the fishes bite the best.

OLD SAW.

Quid dem? quid non dem?

Κ. ἀλλ' οὖν ἀνύσας τι δεῖπνον ἐνσκεύαζέ μοι,
ὁποῖον ἀμελῶ βρῶμ', ἐάνπερ ὑγιὲς ᾖ.
Γ. ἀλλ' ἡδέως ἂν καταφάγοις μόσχου πόδα;
Κ. ἥδιστά γ', ὦ παῖ· τοῦτ' ἀνύσας πάραθες σύ μοι.
Γ. καίτοι φοβοῦμαι μὴ μάλ' ὀξύθυμον ᾖ
τοῦτ'. ἀλλὰ πῶς σε κοιλία προσίεται
λιπαρά τε καὶ κάλλιστ' ἐπηνθρακισμένη;
Κ. πάντως μὲν οὖν· ἀλλ', ὠγάθ', ἐνσκεύαζέ μοι.
Γ. καὶ μὴν ἀπορῶ γε μὴ τόδ' ὀξύθυμον ᾖ.
πῶς νᾶπυ καὶ βόειά σοι πρὸς ἡδονήν;
Κ. ἐδέσμαθ' οἷων δὴ πασαίμην ἂν φίλως.
Γ. ἀλλ' ὀξὺ γὰρ τὸ νᾶπυ θερμότερόν τέ τι.
Κ. δὸς οὖν τὰ βόεια, τὸ δέ γε νᾶπυ χαιρέτω.
Γ. οὐκ. ἀλλὰ καὶ τὸ νᾶπύ γ' ἕξεις, εἰ δὲ μὴ
οὐδὲν βοείων τοῦδε πάρα λήψει κρεῶν.
Κ. ἑκάτερον οὖν ἢ θάτερον, εἴθ' ὅ τι δὴ θέλεις.
Γ. δέξαι μὲν οὖν τὸ νᾶπυ, τὰ δὲ βόεια μή.
Κ. βάλλ' ἐς κόρακας, ὦ δόλιε κἀπίτριπτε σύ·
αὐτῶν κρεῶν ὀνόματι προσφέρβεις ἐμέ.
ἀπόλοιο καὶ σὺ καὶ τὸ πάνδημον γένος
τῶν ξυμφοραῖσιν ὧδ' ἐπιχαιρόντων ἐμαῖς.
βάλλ' ἐς κόρακας σὲ τὸν μιαρώτατον λέγω.

T. S. E.

Exemplo rem sapienter ages.

RIGORE cum Boreas caelum contristat acuto,
nil tibi, piscator, proderit ire foras;
at Notus, imbriferis simul advolitaverit alis,
impulit hamatos piscis in ora dolos.
si furet Eurus atrox, homini gravis ille ferisque,
torpescit minimo piscis amore cibi;
sed male sana fames, sed maxumus ardor edendist,
cum Zephyrus molli flamine mulcet aquas.

H. K. S. S.

Venus and Adonis.

NEVER did passenger in summer's heat
more thirst for drink than she for this good turn;
her help she sees, but help she cannot get,
she bathes in water, yet her fire must burn.
O, pity, gan she cry, flint-hearted boy!
'tis but a kiss I beg; why art thou coy?
I have been wooed as I entreat thee now,
even by the stern and direful god of war,
whose sinewy neck in battle ne'er did bow,
who conquers where he comes in every jar;
yet hath he been my captive and my slave,
and begged for that which thou unasked shalt have.
Thus he that overruled I overswayed,
leading him prisoner in a red rose chain:
strong-tempered steel his stronger strength obeyed,
yet was he servile to my coy disdain.
oh be not proud, nor brag not of thy might,
for mastering her that foiled the god of fight.

SHAKESPEARE.

She walks in Beauty.

FAIRE mistresse of the earth with garlands crowned,
rise, by a lover's charme, from the parcht ground,
and shew thy flowery wealth: that she, where ere
her starres shall guide her, meete thy beauties there.
should she to the cold northerne climates goe,
force thy affrighted lilies there to grow,
thy roses in those gelid fields t'appeare;
she absent, I have all their winter here.
or if to th' torrid zone her way she bend,
her the coole breathing of Favonius lend,
thither command the birds to bring their quires;
that zone is temperate, I have all his fires.

HABINGTON.

Ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος ἐϋστεφάνου τ' Ἀφροδίτης.

NON sitit aestivo laticem sub sole viator
acrius, id gratum quam dea munus avet.
cernit opem praesto, nec opem tamen invenit ullam;
se lavit in gelida, sed furit ignis, aqua.
'o miserere,' loqui sic infit, 'ego oscula quaero
sola; puer saxo saepte cor, ista negas?
quod supplex ego te, cupidus me saepe poposcit
Mars immitis atrox qui fera bella regit:
hostica cervices flectit vis nulla torosas,
quaecumque ingreditur proelia, victor abit:
ferre iugum tamen ille meum, mea vincla, coactus,
quam tibi praestabo sponte, rogavit opem.
sic supero qui cuncta domat deus, ipsaque ducit
captivum rubris nexa catena rosis;
cuius et eduris parent durissima nervis
aera, meis morem fastibus ille gerit.
parce superbire et validas ostendere vires,
me tibi, dante mihi Bellipotente manus.'

H. A. J. M.

Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit.

CINCTA Cupidineis terrae regina corollis,
surge vel e sicca, poscit amator, humo;
Phyllida sic sollemne decus, tua copia florum,
sidera delectet qua sua cumque trahant.
audax, sive petat Rhipaei frigora caeli,
lilia fac saevo stent tremebunda solo;
nec tua praegelidis illic rosa cesset in agris:
Phyllis abest, nobis hic ea friget hiemps.
sive viam zonae flectat torrentis ad aestus,
auspice te Zephyri ventilet aura vagam;
ducat eo philomela choros: sibi temperat aer
ille, tulit totas huc mihi flamma faces.

A. H.

A Lover's Liberty.

AWAY with those self-loving lads,
whom Cupid's arrow never glads!
away poor souls that sigh and weep
in love of those that lie asleep!
for Cupid is a merry god,
and forceth none to kiss the rod.
My songs they be of Cynthia's praise,
I wear her rings on holidays,
in every tree I write her name,
and every day I read the same.
where honour Cupid's rival is,
there miracles are seen of his.
If Cynthia crave her ring of me,
I blot her name out of the tree;
if doubt do darken things held dear,
then well-fare nothing once a year.
for many run, but one must win:
fools only hedge the cuckoo in.

LORD BROOKE.

Rich and Poor.

RICH—you were a happy lover;
poor—your courting days are over.
then you were a dear Adonis;
altered now the fair one's tone is:
now you fall beneath her knowledge;
Phyllis asks your 'name and college.'
ah, my friend, to heart you're laying
all too late the sad old saying:
'swallows come and go with weather;
friends and Fortune fly together.'

K. *from the Greek.*

Ἀναγκαῖον πᾶν ἀνιαρὸν ἔφυ.

STA Cupidineis numquam exhilarata sagittis
facessat hinc procul sibi turba placens iuvenum.
sintque procul qui flent et qui suspiria proflant,
formaeque securae nimis quos miser angit amor.
laetus amat risus hilares ludosque Cupido,
nec cogit invitos suis subdere terga flagris.
me vatem vocat Anna suum; mea carmina poscit:
et feriatus anulis illius ornor amans.
illius in nulla non scribitur arbore nomen,
nulloque non idem die rite mihi legitur.
qua sibi rivalem credit certare Pudorem,
vinci Cupido nescius prodigiosa facit.
sin ut reddatur suus anulus imperet Anna,
iam nomen Annae deleam cortice ab iliceo.
si quondam cari fiducia fallat amoris,
anno salutandum semel praestet habere Nihil.
curritur a multis: unus fert praemia victor;
quisquis cuculum claudere certat, ineptus homost.

K.

Infelix Paupertas.

IVES amator eras: desisti pauper amare:
tam medicina potens est in amore fames.
quae te saviolum dulcemque vocabat Adonim,
nunc eadem qui sis Phyllis et unde rogat.
o Corydon, Corydon, didicisti serior illud:
'nullus ad amissas ibit amicus opes.'

K.

To the Genius of the House.

OMMAND the roof, great Genius, and from thence
into this house pour down thy influence,
that through each room a golden pipe may run
of living water by the benizon;
fulfil the larders, and by strengthening bread
be evermore thy bins replenished.
next, like a bishop, consecrate my ground,
that lucky fairies here may dance their round;
and, after that, lay down some silver pence,
the master's charge and care to recompense;
charm then the chambers; make the beds for ease,
more than for peevish pining sicknesses;
fix the foundation fast, and let the roof
grow old with time, but yet keep weather-proof.

HERRICK.

The Primrose.

SK me why I send you here
this firstling of the infant year:
ask me why I send to you
this primrose all bepearled with dew;
I straight will whisper in your ears,
the sweets of love are washed with tears.
Ask me why this flower doth show
so yellow, green, and sickly too;
ask me why the stalk is weak,
and, bending, yet it doth not break;
I must tell you, these discover
what doubts and fears are in a lover.

CAREW.

Ad Larem Familiarem.

AR mihi culte, summis
insidens tectis placido numine ades faveque
aedibus, ut per omnem
aurei fontes trepident iugis aquae recessum ;
horrea tu salubri
laeta frumento et cumeras fac locupletiores ;
ruraque consecrabis
auguris ritu, veniat quo celebretque faustos
plurima nympha ludos ;
pone mox asses nitidos, sint ut ero laborum
praemia sumptuumque :
tum fove miris thalamos artibus, atque lectos,
candide Lar, quieti
sterne quam morbi querulis luctibus aptiores ;
stet bene firma moles,
nec vetustatem metuant tecta Iovemve iniquum.

W. G. C.

Primula Veris.

UAERIS cur tibi muneri
sic anni dederim primitias novi ;
cur haec venerit ad tuum
limen rore micans primula gemmeo ?
quas dat delicias Amor,
illas, crede mihi, fletibus irrigat.
quaeris cur ita palleat
aegrescens viridi lumine flosculus ;
culmo cur tenero nimis
flectatur, neque adhuc fractus humi cadat ?
haec te, crede mihi, docent
ut spes inter Amor pendeat et metus.

E.

Francesca e Paolo.

' IEDE la terra, dove nata fui,
su la marina dove il Po discende
per aver pace co' seguaci sui.
amor, che al cor gentil ratto s' apprende,
prese costui della bella persona
che mi fu tolta, e il modo ancor m' offende.
amor, che a nullo amato amar perdona,
mi prese del costui piacer sì forte,
che, come vedi, ancor non m' abbandona.
amor condusse noi ad una morte:
Caina attende chi vita ci spense.'
queste parole da lor ci fur porte.
da che io intesi quelle anime offense,
chinai il viso, e tanto il tenni basso,
finchè il Poeta mi disse: 'che pense?'
quando risposi, cominciai: 'o lasso!
quanti dolci pensier, quanto disio
menò costoro al doloroso passo?'
poi mi rivolsi a loro, e parlai io,
e cominciai: 'Francesca, i tuoi martiri
a lagrimar mi fanno tristo e pio.
ma dimmi: al tempo de' dolci sospiri,
a che e come concedette amore,
che conosceste i dubbiosi desiri?'
ed ella a me: 'nessun maggior dolore,
che ricordarsi del tempo felice
nella miseria; e ciò sa il tuo dottore.
ma se a conoscer la prima radice
del nostro amor tu hai cotanto affetto,
farò come colui che piange e dice.
noi leggevamo un giorno per diletto
di Lancillotto, come amor lo strinse:
soli eravamo e senza alcun sospetto.

Quisque suos patimur manes.

RBS quae me genuit positast in litoris ora,
qua Padus, errorum requiem iam certus habendi,
descendit comitum coetu stipatus aquarum.
dulcis amor, raptim ingenuo qui pectore gliscit,
corporis hunc forma cepit praestante, mihi olim
erepti: plagam vel nunc ego abominor illam.
durus amor, nulli qui se condonat amato,
me rursum usque adeo cepit dulcedine amantis,
ut mihi nunc etiam videas decedere nolle.
saevus amor nos inde necem perduxit ad unam;
auctorem Caina necis manet'. hactenus isti.
postquam indignantes audivi effarier umbras,
lumina deieci defixusque ora tenebam,
cum tandem vates 'animo quid volvis?' at illi
sic orsus refero 'quanta et quam grata cupido,
heu heu, quantus amor clademque importavit acerbam?'
tum conversus ad hos, 'miseret, Francisca, tui me'
incipio 'lacrimasque movet tuus anxius angor.
verum age dic nobis, inter suspiria quondam
blanda quod indicium, quae tandem ab amore dabantur
signa, quibus dubia ante foret manifesta cupido?'
sic ego, at illa mihi 'tempus meminisse beatum
est miseris dolor infandus, scit ut iste magister.
sed si tantus amor primam cognoscere nostri
radicem casus, faciam de more dolentis
dicentisque simul. legere olim forte iuvabat
nos, Lancilotum vis ut torqueret amoris.
solus erat mecum, securusque iste pericli,
secura ipsa fui: tum saepe legentibus una
convenere oculi, tum non color oribus idem.
nec nisi momentum interea nos vicerat unum:
dum legimus, dulce ut ridentis tantus amator
oscula libaret, libavit et oscula nostra

per più fiate gli occhi ci sospinse
quella lettura, e scolorocci il viso:
ma solo un punto fu quel che ci vinse.
quando leggemmo il disiato riso
esser baciato da cotanto amante,
questi, che mai da me non fia diviso,
la bocca mi baciò tutto tremante:
Galeotto fu il libro, e chi lo scrisse:
quel giorno più non vi leggemmo avante."
mentre che l' uno spirto questo disse,
l' altro piangeva sì, che di pietade
io venni men così com' io morisse,
e caddi, come corpo morto cade.

DANTE.

May Morning.

NOW the bright morning star, day's harbinger,
comes dancing from the east, and leads with her
the flowery May, who from her green lap strows
the yellow cowslip and the pale primrose.
hail, bounteous May, that dost inspire
mirth and youth and warm desire;
woods and groves are of thy dressing;
hill and dale doth boast thy blessing.
thus we salute thee with our early song,
and welcome thee, and wish thee long.

MILTON.

The Lamb.

THE lamb thy riot dooms to bleed to-day,
had he thy reason, would he skip and play?
pleased to the last he crops the flowery food,
and licks the hand just raised to shed his blood.

POPE.

iste vir, iste, a me qui numquam tempore in ullo
divellendus erit, libansque perhorruit omnis.
Pandarus et liber ipse et libri Pandarus auctor.
illa luce quidem nos nil ibi legimus ultra.'
altera dum fatur, fletus dedit altera tales
umbra, ut deficerem luctu quasi mortuus essem,
et caderem, cadit ut rigidum iam morte cadaver.

H. A. J. M.

It Ver.

AM, fax diei praevia, Lucifer
splendens eois partibus exilit,
Maiumque florentem sodalem
ducit. eum croceamque calthâm
sparsisse cernas e viridi sinu et
quae prima pallet vere novo rosa.
salvere te blandae iubemus
laetitiae facilem datorem,
te fervidorum, Maie, cupidinum
fontem et iuventae. tu foliis nemus
saltumque convestis, tuoque
vallis ovat recreata cultu
clivusque felix. sic bona dicimus
nos mane primo carmina, sic tibi
gratamur ingresso, precantes
hic maneas diuturnus hospes.

K.

Agna.

UAM gula iam leto tua destinat, agna proterve
ludere num vellet praedita mente tua ?
gramina ad extremum carpit cum floribus, ultro
se iugulaturam lambere prompta manum.

W. G. W.

Bosworth Field.

HIS rankes he in a larger forme displayes,
which all were archers, counted in those dayes
the best of English souldiers; for their skill
could guide their shafts according to their will;
the featherd wood they from their bowes let flie;
no arrow fell but caused some man to die.
so painfull bees with forward gladness strive
to ioyne themselves in throngs before the hive,
and with obedience, till that houre, attend,
when their commander shall his watchword send:
then to the winds their tender sailes they yield,
depress the flowres, depopulate the field.
wise Norfolke to avoyde these shaftes the more,
contrives his battaile thin and sharpe before;
he thus attempts to pierce into the hart,
and breake the orders of the adverse part.
as when the cranes direct their flight on high,
to cut their way they in a trigon flie;
which pointed figure may with ease divide
opposing blasts, through which they swiftly glide.

SIR JOHN BEAUMONT.

Change of Scene.

SEND me not, when vext with city life,
whither mad Fashion makes her holiday
by coast or spa; but rather let me roam
in quest of nooks where Nature, not unkind,
harbours within her leafy arms the child
of suffering; that, in listening to his tale,
I may a lesson gain of glad content,
and exercise the heart-enriching grace
of sympathy.

A.

Instructio Militum.

LLE Britannorum iam rarius explicat agmen,
arcubus armatos omnes: tunc nempe pharetrae
primus honos bello; nam quo mens cumque iuberet,
dirigere instabant, letalia tela, sagittas,
vulnere quamque suo fretam et sua fata ferentem.
sic et sollicitas alacri virtute ruentes
cernere apes poteris, denso quando agmine signum
expectant servantque fores; mox ordine iusso
dant Boreae pennas, vela heu male firma, procaci;
it per agros infesta manus, populatur et hortos.
gnarus at ille mali fugiturusque arte periclum
suptilemque aciem tenuatasque ante phalangas
instruit, interiora petens, si impellere possit:
ardua qualis iter longo stridore gruum vis
per nubes trifido cursu secat; ocius ultro
obstantemque Notum et luctantia flamina vincunt.

W. W. E.

Ruris amator.

E, precor, urbis ubi strepitu fumoque fatigor,
visere Solis Aquas iubear Baiasve marinas,
quo levis impellit fessos insania cives.
me potius iuvet errando petere intima ruris,
quodque salutifero mortales excipit aegros
hospitio nemus atque umbra solatur amica:
illic, non spernens alienum audire dolorem,
ipse meis aequo fatis assuescere corde
expertusque mali miseris succurrere discam.

H. K. S. S.

Falstaff's Recovery.

Falstaff.

EMBOWELLED! If thou embowel me to-day, I'll give you leave to powder me, and eat me too, to-morrow. 'Sblood, 'twas time to counterfeit, or that hot termagant Scot had paid me scot and lot too. Counterfeit? I lie; I am no counterfeit. To die is to be a counterfeit; for he is but the counterfeit of a man who hath not the life of a man; but to counterfeit dying, when a man thereby liveth, is to be no counterfeit, but the true and perfect image of life indeed. The better part of valour is—discretion, in the which better part I have saved my life. Zounds, I am afraid of this gunpowder Percy, though he be dead. How, if he should counterfeit too, and rise? I am afraid he would prove the better counterfeit. Therefore I'll make him sure; yea, and I'll swear I killed him. Why may not he rise as well as I? Nothing confutes me but eyes, and nobody sees me. Therefore, sirrah (*stabbing him*), with a new wound in your thigh, come you along with me.—SHAKESPEARE.

When unadorned, adorned the most.

MY love in her attire doth show her wit,
it doth so well become her;
for every season she hath dressings fit,
for winter, spring, and summer.
no beauty she doth miss
when all her robes are on;
but beauty's self she is
when all her robes are gone.

HERRICK.

'Αναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλεόφρον.

ΦΑΛ. Τὸ δ' ἔντερα τἀμά σ' ἐξελεῖν· ἐὰν μὲν οὖν
τῷδ' ἐν φάει 'ξέλῃς σφε, τὠπιόντι με
τεμάχη ποιήσεις λεπτά, καὶ κατεδεῖ γε πρός.
μὰ Δί' ἀλλ' ἐνόμιζον οὐκ ἔτος φενακιεῖν,
εἴ μ' οὑτοσὶ θερμουργὸς ἄγριος Σκύθης
δώσειν ἔμελλεν οὐ τάχ' ἀλλ' ἤδη σκότῳ.
ποῖον φενάκισμ' ; οὐ γὰρ ἀλλὰ ψεύδομαι·
οὐ δῆτ' ἐφενάκισ' · ἐστὶ γὰρ φενακίσαι
τὸ θανεῖν· ὁ γὰρ μηδ' ἐμπνέων ἀνθρωπίνως,
μορφὴν ὑποδὺς ἀνθρωπίνην, ὁδὶ φέναξ.
ὁ δ' ὡς θανὼν φενακίσας, ἐν τῷδε δὲ
ζῶν, οὐκ ἐφενάκισ' οὗτος, ἀλλὰ ζῶν κυρεῖ
πάμψυχος ἤδη κοὐδὲν ἐξηκασμένος.
τοῦ μὲν θράσους πλεῖν ἡμίσους τὸ σωφρονεῖν·
τούτῳ δ' ἐγὼ νῦν οὐ τέθνηκα θἠμίσει.
οἴμοι τάλας· ὡς τόνδε καὶ θανόνθ' ὅμως
βροντησικέραυνον Περσέα δείσας ἔχω.
ἴσον γὰρ οὗτος εἰ φενακίζων τύχῃ,
ἐγὼ τί γένωμαι, τοῦδ' ἀναστάντος πάλιν ;
δέδοικ' ἄμεινον μὴ φενακίσας κυρῇ.
φέρ' οὖν ἀνύσω νιν καὶ κατομύσω καὶ κτανεῖν.
πῶς ἐξ ἴσου γὰρ οὐκ ἂν ἀνσταίη γ' ἐμοί ;
οὐδέν μ' ἐλέγχει πλὴν τὸ καθορᾶσθαι μόνον·
τὸ δ' οὐ πάρεστι· τοιγαροῦν, ὦ τᾶν, ἔχων
πρὸς τοῖς παλαιοῖς ἕλκος ἐν μηρῷ νέον,
ὧδ' ἂν βαδίζοις ἐξόδους κοινὰς ἐμοί.

J. R.

Mille habet ornatus, mille decenter habet.

AEGLE nostra sapit ; sapientem comprobat illa
tam bene commendans vestis erile decus.
ver sit an aestivum tempus, sit bruma, diei
cuique suos comptus convenienter habet.
nullam veste nitens venerem desiderat Aegle,
veste tamen posita, fit, reor, ipsa Venus.

G. P.

Jolly Spring.

ARTH now is green and heaven is blue;
lively Spring, which makes all new,
jolly Spring doth enter;
sweet young sunbeams do subdue
angry aged Winter.
winds are mild and seas are calm,
every meadow flows with balm,
the earth wears all her riches;
harmonious birds sing such a psalm
as ear and heart bewitches.

SIR J. DAVIES.

L' Usignuolo.

FFESA verginella,
piangendo il suo destino,
tutta dolente e bella,
fu cangiata da Giove in augellino
che canta dolcemente, e spiega il volo,
e questo è l' usignuolo.
in verde colle udì con suo diletto
cantar un giorno Amor quell' augelletto,
e del canto invaghito
con miracol gentil prese di Giove
ad emular le prove:
onde poi ch' ebbe udito
quel musico usignuol che si soave
canta, gorgheggia, e stilla,
cangiollo in verginella; e questa è Lilla.

FRANCESCO DI LEMENE.

A Paisley Toast.

EACE and Plenty without killing;
beef at a groat, and meal at a shilling.

Vere nitent Terrae.

ERRAE iam viridis, caerulus est color
caeli: ver vegetum, cuncta redintegrans,
ver laetum subiit: iam senium domat
iratasque hiemis minas
festivus radiis sol iuvenalibus.
mitescunt zephyris frigora: Nereo
sternuntur tacito marmora; balsamis
manat quisque suis ager,
omnesque induitur divitias humus;
concordes avium carmina dum chori
aures atque animos pellicientia
blandis ingeminant modis.

K.

Luscinia.

MMERITOS flentem casus vertisse puellam
dicitur in volucrem rexque paterque deum.
illa volat, ramoque sedens suavissima silvas,
nomine Lusciniae cognita, mulcet avis.
devius in latebris illam nemoralibus olim
audiit ambrosium fundere carmen Amor:
audiit, aeternique Patris miracula prisca
prodigiis credit vincere posse novis.
Iuppiter in volucrem converterat ante puellam;
femineo volucrem corpore donat Amor.
haec est, quae domitas Orpheo carmine gentes
fascinat, Arctoae gloria Linda plagae.

K.

Publica Vota.

AX et Copia sint sine sanguine; bubula binis
senisque far sestertiis.

K.

Where were ye, Nymphs?

HERE were ye, Nymphs, when the remorseless deep
closed o'er the head of your loved Lycidas?
for neither were ye playing on the steep,
where your old bards, the famous Druids, lie,
nor on the shaggy top of Mona high,
nor yet where Deva spreads her wizard stream.
ay me! I fondly dream
had ye been there; for what could that have done?
what could the Muse herself that Orpheus bore,
the Muse herself, for her enchanting son?
whom universal Nature did lament,
when by the rout that made the hideous roar
his gory visage down the stream was sent,
down the swift Hebrus to the Lesbian shore.
alas! what boots it with incessant care
to attend the homely slighted shepherd's trade,
and strictly meditate the thankless Muse?
were it not better done, as others use,
to sport with Amaryllis in the shade
or with the tangles of Neaera's hair?
fame is the spur that the clear spirit doth raise,
that last infirmity of noble mind,
to scorn delights and live laborious days.
but the fair guerdon when we hope to find,
and think to burst out into sudden blaze,
comes the blind Fury with the abhorred shears,
and slits the thin-spun life. 'but not the praise,'
Phœbus replied, and touched my trembling ears.

MILTON.

Jest.

LL things are big with Jest; nothing is plain,
but may be witty, if we have the vein.

HERBERT.

Πᾶ ποκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο ;

UA, nymphae, fueratis, inexorabile marmor
ut vestri Lycidae subter caput hausit amatum ?
nam neque ludus erat vobis in vertice clivi,
qua Druidae, vates antiqua laude, quiescunt,
vester honos ; nec Mona iugo qua surgit ad auras
hirta suo, vel Deva magum tamen explicat amnem.
ei mihi, vos vano somni frustramine fingo
praesentes : quid enim praesentia vestra iuvaret ?
Musa quid ipsa, inquam, genetrix Orpheia, iuvit,
natum Musa suum, tenuit quamquam omnia cantu,
et rerum lamentatast natura peremptum,
quando illum thiasus taetrum mittens ululatum
ora dedit fluvio, fluvio ora cruenta secundo,
Lesbiacumque rapax ad litus detulit Hebrus.
eheu, perpetuis quid pastoralia curis
incompta exercere iuvat despectaque pensa ?
quid fida ingratam meditemur harundine musam ?
nonne fuit satius vulgi de more sub umbra
seu temptare iocis Amaryllida, sive Neaerae
nugari cum crine comisque illudere plexis ?
gloria calcar habet (versatque ille ultimus error
excellentem animum), stimulet quod vivida corda
spernere delicias et duros degere soles.
cum tamen optato speramus posse potiri
munere et ad claram subito iam emergere lucem,
caeca venit furia atque invisa forfice vitae
tenuia filia secat : ' sed laudem non tamen illa,'
sic Phoebus contra, ac tremulas simul attigit aures.

H. A. J. M.

Nil non ridiculum.

UANTUM est ridiculi ! quae res tam seria nobis
quin aliquid praestet, sit modo vena, ioci ?

K.

Unthrifty Sweetness.

DO confess thee smooth and fair,
and I might have gone near to love thee,
had I not found the slightest prayer
that lips could feign had power to move thee.
but I can let thee now alone
as worthy to be loved by none.
I do confess thee sweet, but find
thee such an unthrift of thy sweets,
thy favours are but like the wind
that kisses everything it meets.
then since thou canst by more than one,
thou'rt worthy to be kissed by none.
The morning rose that untouched stands
armed with her briers, how sweet she smells;
but, plucked and strained through ruder hands,
her sweet no longer with her dwells:
but scent and beauty both are gone,
and leaves fall from her one by one.
Such fate ere long will thee betide,
when thou hast handled been awhile,
with sere flowers to be thrown aside:
and I will sigh while others smile,
to see thy love for every one
hath made thee to be loved by none.

SIR H. WOTTON.

On Cowley's Tragedy, 'The Fall of Sparta.'

O great thy art, that, when we viewed
of Sparta's sons the lot severe,
we caught the Spartan fortitude,
and saw their woes without a tear.

A.

Translatos alio maerebis amores.

AT, fateor, levi spectaris candida forma,
nec multum afuerat quin mea flamma fores,
ni prece vidissem tua pectora quaque moveri,
ficta foret levibus quamlibet illa labris.
nunc tamen illecebras didici contemnere tales ;
digna, reor, non es quam colat ullus amor.
sunt tibi, non aliter dico, tua mella : sed illis
debueras quondam parcere : parcis ubi ?
nonne vides ? spargit cunctis aura obvia rebus
oscula : par aurae spargitur iste favor.
sic, quoniam plures non dedignaris amantes,
digna parum facta es quam petat ullus amans.
matutina rosae fragrantia quanta recentist,
quae redolet spinis horrida facta suis !
sed manus hanc carptam contrectet durior, eheu
nil ibi, quod fuerat suave, moratur adhuc ;
fusus odor periit, veneres abiere priores,
et folia hinc illinc singula lapsa cadunt.
et tibi, cum manibus fueris permissa trecenis,
destinat haud aliud sors inimica malum.
flens ego te positam, ceu marcida serta rosarum,
aspiciam, forsan rideat alter amans,
quae male cauta, procis totidem studiosa placendi,
feceris ut ne cui sis placitura proco.

T. M.

Fortitudo.

ARS tua tam mirast, cum Spartae fata videmus,
aemula mens Spartae nos quoque flere vetat.

K.

The Hymn of Arion.



AIL, Neptune, greatest of the gods,
thou ruler of the salt sea floods:
thou with the deep and dark-green hair,
that dost the golden trident bear:
thou that with either arm outspread
embosomest the earth we tread:
thine are the beasts with fins and scales
that, round thy chariot, as it sails,
plunging and tumbling, fast and free,
all reckless follow o'er the sea.
thine are the gentle dolphin throng,
that love and listen to the song;
with whom the sister Nereids stray,
and in their crystal caverns play.
they bore me well to Pelops' isle,
and Sparta's rocky mountain-pile;
and through the deep Sicilian sea
the briny champain ploughed for me,
when wicked men had cast me o'er
our vessel's side into the roar
of clashing waters, and a grave
yawned for me in the purple wave.

C. MERIVALE (*from the Greek*).

The Remorseless Deep.

MOOTH was the sea and seem'd to call
two prettie girles to play withall:
who padling there, the sea soone frown'd,
and on a sudden both were drown'd.
what credit can we give to seas,
who, kissing, kill such saints as these?

HERRICK.

Hymnus Arionius.

IVE deum coetus inter validissime, salsi
rector have, Neptune, profundi,
qui glomeras viridi gemmantis luce capillos,
auratoque tridente coerces
oceani spatia, et palmis utrimque reductis
terrarum complecteris orbem.
sunt tua quae squamis pinnarumque horrida vallo
monstra ruunt titubantque per aequor
pone tuos currus, rapidisque hinc inde choreis
plebs stipant temeraria regem.
et tibi mitis adest delphinum turba, Camenae
carmina quae cupida bibit aure;
quacum Nereides gaudent errare sorores
et vitreis saltare sub antris.
litora me Pelopis Spartaeque ad saxa tulerunt
et Siculos impune per aestus,
tempore quo rabidi media inter proelia ponti
praecipitem de puppe virorum
gens dederat scelerata, mihique hiscebat in undis
purpureis immane sepulcrum.

K.

Mare perfidum.

ISUM est leve sibi advocare lusum
marmor lacteolas duas puellas.
ludentes aqua cinxit et repente
contracta cita fronte mersit ambas.
quis, Nereu, tibi fidat osculando
tam castis animis necem struenti?

K.

To the Lord General Fairfax.

AIRFAX, whose name in arms through Europe rings,
filling each mouth with envy or with praise,
and all her jealous monarchs with amaze
and rumours loud, that daunt remotest kings,
thy firm unshaken virtue ever brings
victory home, though new rebellions raise
their hydra heads, and the false north displays
her broken league to imp their serpent wings.
o yet a nobler task awaits thy hand;
for what can war but endless wars still breed,
till truth and right from violence be freed,
and public faith cleared from the shameful brand
of public fraud? in vain doth valour bleed,
while avarice and rapine share the land.

MILTON.

Inscription on a Boat.

HEY say that I am small and frail,
and cannot live in stormy seas.
it may be so; yet every sail
makes shipwreck in the swelling breeze.
nor strength nor size can then hold fast,
but Fortune's favour, Heaven's decree.
let others trust in oar and mast,
but may the gods take care of me!

C. MERIVALE (*from the* GREEK).

Lucem redde tuae, Dux bone, patriae.

DUX clare, cuius perstrepit inclutis
Europa bellis, sive quis invidet,
seu laudat invisum tyrannis
attonitis popularis aura
dirumque nomen regibus ultimis;
virtute semper parta tua redit
victoria, insurgat rebellis
hydra licet reparata semper,
et falsa rupto Scotia foedere
vires refectis adserat anguibus.
quid Marte producto lucramur
perpetui nisi damna Martis?
ergo morantem splendidius vocat
te, Magne, pensum. tu, violentia
ius fasque ne frangat, fidesque
publica ne pereat cavebis
polluta fraudis crimine publicae.
nil larga virtus sanguinis efficit,
dum vexat infaustos rapinae
foedus avaritiaeque cives.

K.

Inscriptio Cymbae.

AT tenuis, narrant, at sum male firma natando,
at rabidi nequeo verbera ferre sali.
sim tenuis, sim firma parum: tamen omnis in alto
naufragium Borea flante carina facit.
tum nec magna tenet moles, nec quernea transtra,
sed fortuna favens et sua fata, ratem.
cetera confidat malis remisque caterva;
tutantes adsint di mihi, sospes ero.

K.

The Archangel.

EACH on himself relied,
as only in his arm the moment lay
of victory. deeds of eternal fame
were done, but infinite; for wide was spread
that war, and various; sometimes on firm ground
a standing fight, then soaring on main wing,
tormented all the air; all air seemed then
conflicting fire. long time in even scale
the battle hung; till Satan, who that day
prodigious power had shown, and met in arms
no equal, ranging through the dire attack
of fighting seraphim confused, at length
saw where the sword of Michael smote, and felled
squadrons at once; with huge two-handed sway
brandished aloft, the horrid edge came down
wide wasting: such destruction to withstand
he hasted, and opposed the rocky orb
of tenfold adamant, his ample shield,
a vast circumference. at his approach,
the great archangel from his warlike toil
surceased.

MILTON.

Masque.

SPRING all the graces of the age,
and all the loves of time;
bring all the pleasures of the stage,
and relishes of rhyme;
add all the softnesses of courts,
the looks, the laughters, and the sports;
and mingle all the sweets and salts,
that none may say, the triumph halts.

BEN JONSON.

Anceps Pugna diu.

Μάρναντο σφετέρῃσι πεποιθότες ἠνορέῃσιν
ὡς ἐν χερσὶ ἕκαστος ἔχων ἑτεραλκέα νίκην.
ἔνθ' ἐτελέσθη ἔργ' ὧν δὴ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται,
ἀλλ' ἀπερείσια πάντα· πολύς τε γὰρ ἐκτέτατό σφιν
καὶ παντοῖος Ἄρης· ὁτὲ μὲν γὰρ ἐπ' οὔδεϊ μακρῷ
μάρναντο σταδίην, τότε δ' αἰρομένων πτερύγεσσιν
αἰθὴρ μαίνετο πᾶσα, δέμας πυρὸς αἰθομένοιο.
καὶ δηρόν γ' ἐπὶ ἶσα τέλος τέτατο πτολέμοιο,
πρίν γ' ὅτε δὴ Σατάνας—ἀπέδειξεν δ' ἤματι κείνῳ
ἠνορέην ὑπέροπλον, ἔκυρσε δ' ἄρ' οὐδενὶ ἴσῳ
ἔγχος δινεύοντι—κατ' αἰνὴν δηιοτῆτα
οὐρανιδέων τ' ἀνὰ μῶλον ἀρήϊον ἠλασκάζων,
ὀψὲ Μιχαήλοιο βίην ἴδεν, ἔνθ' ἐδάϊζε
βάλλων ῥεῖα φάλαγγας, ὕπερθε δὲ χειρὶ διπάλτῳ
αἶψα κραδαινομένοιο κατήϊε δουρὸς ἀκωκὴ
οὐλομένη. τῷ δ' ἔσσυθ' ὅγ' ἀντιόων ὀλέκοντι
καὶ προέχων σάκος εὐρὺ πολύπτυχον ἐξ ἀδάμαντος,
κύκλον θεσπέσιον. τὸν δέγμενος ἀΐσσοντα
ὄρχαμος οὐρανιδέων ἠρώησεν καμάτοιο.

T. S. E.

Io Triumphe!

N age fer Veneres quotquot nova saecla crearint,
luserit et toto tempore quidquid Amor:
adde voluptates, quas nobis scaena paravit,
quique subest numeris carminibusque lepos.
confer et illecebras, regum quibus adfluit aula,
vultusque et risus, ludicra mixta iocis.
dulcia cum salibus sic coufundantur, ut absit
vox ea: 'pro, claudo quam pede pompa venit!'

F. E. G.

The Host of Satan.

AND now
advanced in view they stand, a horrid front
of dreadful length and dazzling arms, in guise
of warriors old with ordered spear and shield,
awaiting what command their mighty chief
had to impose. he through the armed files
darts his experienced eye and soon traverse
the whole battalion views, their order due,
their visages and stature as of gods:
their number last he sums. and now his heart
distends with pride and hardening in his strength
glories; for never since created man
met such embodied force, as named with these
could merit more than that small infantry
warred on by cranes; tho' all the giant brood
of Phlegra with the heroic race were joined
that fought at Thebes and Ilium, on each side
mixed with auxiliar gods; and what resounds
in fable or romance of Uther's son
begirt with British and Armoric knights.

MILTON.

Ariel's Song.

WHERE the bee sucks, there suck I,
in a cowslip's bell I lie;
there I couch when owls do cry;
on the bat's back I do fly,
after summer, merrily.
merrily, merrily, shall I live now
under the blossom that hangs on the bough.

SHAKESPEARE.

Exercitus Orci.

AMQUE in conspectu stant comminus, horrida ductu
praelongo immani frons et rutilantibus armis,
bellatorum instar veterum quae derigit hastam
et clipeum, expectans quid dux sibi magnus agendum
imperet. armatos obit impiger ille maniplos
lumine sollerti, totumque inde ordine iusto
derectum, transversa tuens, cito dispicit agmen,
oraque, uti divom, proceraque corpora lustrat,
et numerum postremus init. iam conscia fastu
corda tument et opes indurescentia iactant
ipsa suas; neque enim coiit vis ulla creatos
post homines usquam legionum robore tanto,
quae collata simul pluris meruisset haberi,
quam parvus pedes ille gruum infestatus ab armis;
omnis ut una esset suboles Phlegraea gigantum,
heroumque genus quod bella gerebat ad altam
Ilion ac Thebas, permixtum utrimque deorum
auxiliis; quantamque virum resonare per ora
fama loquax vel scripta docent, Uterana propago
cincta Britannorumque et Aremorico equitatu.

H. A. J. M.

Ariel.

Ἴδε μ', ὦ τέκνον, ταῖσι μελίσσαις
τὸν σύνδειπνον, τὸν ἔσω κάλυκος
νυκτὸς ἀμολγῷ κατακοιμηθέν θ',
ὡς νυκτερίδος πτέρυγα στομίων
ἄτερ εὐθύνων
βόσκω τὸν ἀκήρατον ὄλβον.
καὶ γὰρ πολλὰς πρόσθε κελεύθους
ἦλθον γλυκερῷ θέρει ἀμφιπολῶν·
νῦν δ' εὐφροσύνας ἱεροὺς καρποὺς
εἶμ' ἀποδρέψων
στεφάνοις ὑπὸ δενδροκόμοισιν.

G. O. M.

The Rose.

GO, lovely rose,
tell her that wastes her time and me,
that now she knows,
when I resemble her to thee,
how sweet and fair she seems to be.
Tell her that's young,
and shuns to have her graces spied,
that, hadst thou sprung
in deserts where no men abide,
thou must have uncommended died.
Small is the worth
of beauty from the light retired:
bid her come forth,
suffer herself to be desired,
and not blush so to be admired.
Then die: that she
the common fate of all things rare
may read in thee;
how small a part of time they share,
that are so wondrous sweet and fair.

WALLER.

A novel Show.

NOW room for fresh gamesters, who do will you to know
they do bring you neither Play nor University Show;
and therefore do entreat you that whatever they rehearse
may not fare a whit the worse for the false pace of the verse.
if you wonder at this, you will wonder more ere we pass;
for know here is indeed the soul of Pythagoras,
that juggler divine, as hereafter shall follow.

B. JONSON.

Ῥόδον ἀνθέων ἄριστον.

ROSA, flos florum: cum te conspexerit illa
quae tempusque suum meque perire sinit,
se certare tibi me discet iudice; discet
quam suavis species sit sua quamque decens.
hac quoque tu teneram castiga voce puellam,
quae veneres nimio victa pudore tegit:
'si rosa nata foret, dessent ubi saecla virorum,
una fuit miserae sors, sine laude mori.'
vilescit pretium fugientis lumina formae:
prodeat abiecto nostra timore iube
seque coli sinat et mirantum ferre coronam,
nec rubeat curae mille futura procis.
tum morere, ut quidquid rarist quae fata sequantur
sentiat exemplo docta puella tuo;
quam cito tot pereant gratae miracula formae,
quam paucos habeant optima quaeque dies.

K.

Arcana renati Pythagorae.

Νῦν αὖτε κωμασταῖς νέοις τοῖσδε πάρεχε χῶρον·
τρυγῳδίαν οὐκ εἰσάγειν φασίν, ὡς ἂν εἰδῇς,
οὐ Μεγαρόθεν κεκλεμμένον σκῶμμα θαυματουργεῖν.
οὔκουν ὁ κῶμος ἀξιοῖ ταῦθ' ἃ νῦν περαίνει,
ἐν τῷ ῥυθμῷ κἂν μηδὲν ᾖ, χεῖρον αὐτὰ πρᾶξαι.
εἰ δ' οὖν σε θαῦμα τῶνδ' ἔχει, θαυμάσει τι μᾶλλον
πρὶν καὶ παρελθεῖν τὴν θέαν· ἴσθι γὰρ τόδ' ἄγγος
τὸ σῶμα Πυθαγόρου στέγον· θαυματουργὸς οὗτος
κᾆθ', ὡς ἐροῦμεν ὕστερον, θεῖος ἦν σοφιστής.

R. S.

The Foliage of Love.

NO white nor red was ever seen
so amorous as this lovely green.
fond lovers, cruel as their flame,
cut in these trees their mistress' name:
little, alas, they know or heed
how far these beauties her exceed.
fair trees, where'er your barks I wound,
no name shall but your own be found.
When we have run our passion's heat,
Love hither makes his best retreat.
the gods, who mortal beauty chase,
still in a tree did end their race;
Apollo hunted Daphne so,
only that she might laurel grow;
and Pan did after Syrinx speed,
not as a nymph, but for a reed.

MARVELL.

The Man who had Nought.

THERE was a man, and he had nought,
and robbers came to rob him;
he got up the chimney-top,
and then they thought they had him.
he got down on th' other side,
and then they could not find him;
he ran fourteen miles in fifteen days,
and never looked behind him.

GAMMER GURTON.

Arbores amatae.

ILIA mixta rosis in virginis ore Cupido
posthabet ipse comae qua mea silva viret.
his puer arboribus, sic efferat ignis amantem,
incidit dominae nomina saepe suae;
ei mihi! nec didicit nec curat discere, quanto
sit minus arboreis illa venusta choris.
si, decus o nemorum, per me liber iste dolebit,
sola piae referent nomina vestra notae.
decurso spatio cum iam frigemus amoris,
huc Amor, ut certa pace fruatur, abit.
dis quoque mortales avidis captare puellas
finiit admissum non semel arbor iter.
quid cupiens Daphnen agitavit Phoebus Apollo?
laurus erat miris nempe creanda modis;
sic calami studio, non Naidos ictus amore,
Pan voluit, Syrinx, te fugiente, sequi.

H. W. M.

Οὐδὲν ἔχων.

Ἄισομαι ἄνδρα πενιχρὸν ἀνείμονα, τόν ποτε κλέπται
λωποδυτεῖν ἔσπευδον· ἔβη δὲ πρὸς αἰετὸν ἀκρον,
οἱ δ' ἄρ' ἔχειν εὔχοντο· κάτω δ' ἑτέρῃ καταδύντος
ἤμπλακον· αὐτὰρ ἔπειτ' ὀκτωσταδίους ὅγε φεύγων
ἤμασιν ἐν δεκάπεντε δρόμους ἐτάνυσσε δὶς ἑπτὰ
ὥκα θέων· ὁ γὰρ οὔτι μετατροπαλίζετο φεύγων.

R. S.

The Deluge.

MEANWHILE the south wind rose, and, with black wings
wide-hovering, all the clouds together drove
from under heaven; the hills to their supply
vapour and exhalation dusk and moist
sent up amain. and now the thickened sky
like a dark ceiling stood; down rushed the rain
impetuous; and continued, till the earth
no more was seen: the floating vessel swum
uplifted, and secure with beaked prow
rode tilting o'er the waves; all dwelling else
flood overwhelmed, and then with all their pomp
deep under water rolled; sea covered sea,
sea without shore; and in their palaces,
where luxury late reigned, sea monsters whelped
and stabled; of mankind, so numerous late,
all left in one small bottom swum imbarked.

MILTON.

Eyes and Rubies.

SWEET, be not proud of those two eyes,
which starlike sparkle in their skies,
nor be you proud that you can see
all hearts your captives, yours yet free.
be you not proud of that rich hair
which wantons with the love-sick air:
whereas that ruby that you wear
sunk from the tip of your soft ear
will last to be a precious stone
when all your world of beauty's gone.

HERRICK.

Omnia Pontus erant.

INTEREA egreditur Notus et nigrantibus alis
imminet, agglomerans pendentia nubila caeli:
ollis aërium umorem tenebrasque ministrant
continuo colles. piceus superastitit aether
more lacunaris: ruit ingens agmen aquarum
et tandem opprimitur crescenti gurgite tellus.
it ratis insultans haud setius aequore summo,
et secura natat rostrata concita prora,
sola hominum domus; at prorumpens abdit aquae vis
cetera: subsidunt ipsi, luxusque sub aestus
omnis it in cassum: simul unda supervenit undam
immensique fremunt late sine litore fluctus.
quae modo regifica splendebant atria pompa
nunc horrenda tenent ululantum monstra ferarum:
relliquiaeque hominum, de tot modo milibus eheu
pars quota? naviculae parva conduntur in alvo.

R. J. M.

Forma bonum fragile est.

SI tibi sic oculi fulgent ut sidera caeli
bina, supercilio, lux mea, parce tamen;
parce supercilio, quamvis tibi videris omnes,
nulli te victas, Phylli, dedisse manus.
nec fastus nimios sumat coma flava, procacem
arte cupidinea fallere docta Notum.
nam splendore tuo diuturnior iste micabit
qui rubet a tenera pendulus aure lapis:
copiaque haec quando venerum tam larga tuarum
fugerit, in pretio gemma superstes erit.

G. P.

True Beauty.

MEN call you fair, and you do credit it,
for that yourself you daily such do see;
but the true fair, that is the gentle wit
and virtuous mind, is much more praised by me.
for all the rest, however fair it be,
shall turn to nought, and lose their glorious hue;
but only that is permanent and free
from frail corruption, that doth flesh ensue.
that is true beauty, that doth argue you
to be divine, and born of heavenly seed;
derived from that fair spirit, from whom all true
and perfect beauty did at first proceed.
He only fair, and what He fair hath made;
all other fair, like flowers, untimely fade.

SPENSER.

Invocation.

WHY art thou slow, thou rest of trouble, Death,
to stop a wretch's breath,
that calls on thee, and offers her sad heart
a prey unto thy dart?
I am not young nor fair; be therefore bold;
sorrow hath made me old,
deformed and wrinkled; all that I can crave
is, quiet in my grave.
such as live happy hold long life a jewel;
but to me thou art cruel,
if thou end not my tedious misery,
and I soon cease to be.
strike, and strike home, then; pity unto me
for one short hour's delay is tyranny.

MASSINGER.

Quid Pulchrum.

PULCHRA celebraris vulgo : tu credis, Ianthe,
ipsa tibi nullo non ita visa die.
sed magis illa mihi, quae vere pulchra putantur,
indole cum pura mens generosa, placent.
cetera delebit, quamvis pulcherrima, tempus ;
fugerit eximio splendidus ore color.
illa manent tantum quae dempta carne supersunt,
illa vigent aegra libera sola lue.
dixeris hanc formam, qua tu divina propago,
seminis aetherei conspiciare seges.
procreat hanc pulcher, qui pulchri quidquid ubique,
Conditor, exacti causa caputque boni.
pulcher is, et sicui pulchro dedit esse : sed, ut flos,
ante suum pereunt cetera pulchra diem.

K.

Mors, ades.

QUID dubitas, O Mors, requies mihi sola laborum,
huic animae ingratae ponere prompta modum ?
nam precor ut citius venias, ultroque vocando
obicio telis pectora maesta tuis.
fugit enim (secura veni) decus omne iuventae,
meque vides luctu consenuisse meo.
sum deformis anus rugis : id quaeritur unum,
in tumulo demum posse quiete frui.
nil bene viventi longo pretiosius aevo ;
ast ego difficili te nimis usa fui,
taedia si dubitas miserae mihi tollere vitae,
exanimisque ictu non citiore cado.
percute nunc, ipsum cor percute : durius in me
saevieris, minima commiserata mora.

W. G. W.

Song of Comus.

THE star that bids the shepherd fold
now the top of heaven doth hold;
and the gilded car of day
his glowing axle doth allay
in the steep Atlantic stream;
and the slope sun his upward beam
shoots against the dusky pole,
pacing toward the other goal
of his chamber in the east.
meanwhile, welcome joy and feast,
midnight shout and revelry,
tipsy dance and jollity:
braid your locks with rosy twine,
dropping odours, dropping wine.
rigour now is gone to bed,
and advice with scrupulous head,
strict age and sour severity,
with their grave saws, in slumber lie.
we, that are of purer fire,
imitate the starry quire,
who in their nightly watchful spheres
lead in swift round the months and years.

MILTON.

Treason.

THAT treason never prospers, what's the reason?
why, when it prospers, none dare call it treason.

SIR J. HARINGTON.

Comus.

Λαμπρὸς ὅδ' ἀστὴρ ὁ ποτὶ σταθμοὺς
ποίμνας κατάγων, οὐρανὸν ἤδη
μέσον ἀμβαίνει,
κἀν ἑσπερίοις κύμασι πρηνὴς
ὁ θεὸς σπεύδει χρυσοφαέννων
παῦσαι μαλερὰν σύριγγα δίφρων,
ἀνακοντίζει θ' ὕπτιος ἤδη
πρὸς κυαναυγῆ πόλον ἀκτῖνας,
τέρμα βαδίζων
θαλάμων τηλοῦρον ἑῴων.
ἄγε δὴ θαλιῶν χάρις εὐστεφάνων
κώμων τε μέλη μηδ' ἄτερ οἴνου
τῶν παννυχίων κελάδημα χορῶν.
ῥοδέοις στέμμασι πᾶς ἀναδείσθω
κρατὸς ἔθειραν, μύρον ἐνστάξας
καὶ γάνος οἴνης Διονύσου.
νῦν γὰρ πᾶς τις κατεκοιμήθη
φθονερός, σοφίας τ' εἴ τις ἐραστὴς
τῆς πολυβούλου.
ἐν δὲ γερόντων καὶ βαρυθύμων
πᾶν ὀδυνηρὸν γένος αὐταῖσι
γνώμαις ἐν ὕπνῳ κατάκειται.
δεῦτ' οὖν ὑμεῖς πυρὸς αἰθερίου
καθαροὶ παῖδες, τῶν οὐρανίων
ἄστρων ἤδη μιμεῖσθε χορούς,
οἳ ταχυδίνοις περιτελλόμενοι
κύκλοισιν ἔτη
καὶ μῆνας ἄγουσι τελείους.

E. H. G.

Laesa Maiestas.

UR semper est illaesa sancta Maiestas ?
laedatur, audit vindicata Libertas.

H. A. J. M.

Eternal Summer.

HALL I compare thee to a summer's day?
thou art more lovely and more temperate:
rough winds do shake the darling buds of May,
and summer's lease hath all too short a date:
sometime too hot the eye of heaven shines,
and often is his gold complexion dimmed;
and every fair from fair sometime declines,
by chance, or nature's changing course, untrimmed.
but thy eternal summer shall not fade,
nor lose possession of that fair thou owest;
nor shall Death brag thou wanderest in his shade,
when in eternal lines to time thou growest:
so long as men can breathe, or eye can see,
so long lives this, and this gives life to thee.

SHAKESPEARE.

Self-love unselfish.

IN of self-love possesseth all mine eye
and all my soul and all my every part;
and for this sin there is no remedy,
it is so grounded inward in my heart.
methinks no face so gracious is as mine,
no shape so true, no truth of such account;
and for myself mine own worth I define,
as I all other in all worths surmount.
but when my glass shows me myself indeed,
beated and chopped with tanned antiquity,
mine own self-love quite contrary I read:
self so self-loving were iniquity.
'tis thee, myself, that for myself I praise,
painting my age with beauty of thy days.

SHAKESPEARE.

Musa vetat mori.

EN licet aestivo componere, vita, diei?
at tu temperie candidiore places.
Maii deliciae flores rapiuntur ab Euris,
et spatia aestati sors dedit arta nimis.
interdum nimio Titan fulgore calescit,
aureus interdum deficit oris honor;
pulchraque nunc rerum vicibus nunc turbine fati
omnia mutantur, nec, velut ante, vigent.
sed tibi quod pulchrist nullo defecerit aevo;
non erit aestatis gloria fluxa tuae:
numquam vana suis te Mors adscripserit umbris,
sed tuus aeterno carmine crescet honos:
dum spirare homines, oculi dum cernere possunt,
vivit teque vetat nostra Camena mori.

K.

Sui amans non sine rivali.

OTOSQUE pravus hic amor mei visus
totumque pectus, omne possidet membrum,
pravi nec ullumst huius adlevamentum,
sic corde in ipsost funditusque fundatus.
os tam venustum quam meum, puto, nulli,
tam vera forma, veritasque tam rara;
definioque sic mihi meas dotes,
omnes ego omni dote ceteros vinco.
imaginoso ut me tamen vitro vidi
tusum atque tritum squalida vetustate,
mei hunc amorem tum lego retroversus:
amare sic se summa iniquitas esset.
sum tu ipse, qui me praedicaverim pro te
tuoque flore pinxerim meam aetatem.

H. A. J. M.

The Gates of Hell.

ON a sudden open fly,
with impetuous recoil and jarring sound,
the infernal doors, and on their hinges grate
harsh thunder, that the lowest bottom shook
of Erebus. she opened, but to shut
excelled her power: the gates wide open stood,
that with extended wings a bannered host,
under spread ensigns marching, might pass through,
with horse and chariots ranked in loose array;
so wide they stood, and like a furnace-mouth
cast forth redounding smoke and ruddy flame.
before their eyes in sudden view appear
the secrets of the hoary deep; a dark
illimitable ocean, without bound,
without dimension, where length, breadth, and height,
and time and place are lost; where eldest Night
and Chaos, ancestors of Nature, hold
eternal anarchy, amid the noise
of endless wars, and by confusion stand.

MILTON.

Orpheus.

NO more, sweet Orpheus, shalt thou lead along
oaks, rocks, and savage monsters with thy song,
fetter the winds, the struggling hailstorm chain,
the snowy desert soothe, and sounding main;
for thou art dead: the Muses o'er thy bier,
sad as thy parent, pour the tuneful tear.
weep we a child? not e'en the gods can save
their glorious offspring from the hated grave.

BLAND (*from* ANTIPATER).

Inania Regna.

ROTINUS horrisono stridentes cardine portae
tartareae panduntur et acri dissiliunt vi;
commoti barathrum quatiunt immane fragores.
dissiliunt valvae, nulla tamen arte reverti,
nulla vi poterant; sed quantum expleverit alis
dispositis acies, fluitantibus undique signis,
instructis et equis et curribus ordine raro,
in tantum patuere, caminique instar habentes
fumiferam noctem commixtis ignibus edunt.
ante oculos subito canentis caeca profundi
stagna patent, qualis tendit sine limite pontus
fluctibus immensus nigris; non meta locorum,
non aevi modus est; mensurae oblivia semper;
hic Chaos et mater Nox antiquissima rerum
perturbata tenent aeternum regna, perennes
inter bellorum strepitus, constantque ruina.

G. H. H.

Rhodopeïus Orpheus.

ON scopulos quercusque vagas, non amplius, Orpheu,
tuis ligata monstra cantibus trahes:
non iam flabra premes et sternes grandinis iram,
nec Ismari nivesque et obstrepens salum
mollieris. te mors rapuit. sed busta canoris
parens Camena rite lacrimis colit.
nos puerum gemimus? non di de prole parentes
abominata depulere Tartara.

K.

The Noble Maiden.

'THIS a happy omen.
rise, blest one, and speak boldly. on my virtue
I am thy warrant, from so clear a spring
sweet rivers ever flow.

C. Then thus to you,
my noble father, and these lords, to whom
I next owe duty: no respect forgotten
to you, my brother, and these bold young men,
for such would I have them, that are, or should be,
the city's sword and target of defence;
to all of you I speak; and, if a blush
steal on my cheeks, it is shown to reprove
your paleness, willingly I would not say
your cowardice or fear. think you all treasure
hid in the bowels of the earth, or shipwrecked
in Neptune's watery kingdom, can hold weight,
when Liberty and Honour fill one scale,
triumphant Justice sitting on the beam?

MASSINGER.

Justice.

SHE was a virgin of austere regard,
not as the world esteems her, deaf and blind;
but, as the eagle that hath oft compared
her eye with heaven's, so and more brightly shined
her lamping sight; for she the same could wind
into the solid heart, and with her ears
the silence of the thought loud speaking hears,
and in one hand a pair of even scales she wears.

GILES FLETCHER.

Γύναι, κατ' ἄνδρα σώφρον' εὐφρόνως λέγεις.

Γ *Ἐδεξάμην τὸν ὄρνιν· ἀλλ' ἀνίστασο,*
γύναι μάκαιρα, κἀξελευθεροστόμει.
ἀρετὴν γὰρ ὄμνυμ', ὧδε καλλιπαρθένου
πηγῆς γλυκεῖαι πλεῖστον αἱ διαρροαί.
Κ. *σὲ τοίνυν, ὦ γενναῖε, προσφωνῶ, πάτερ,*
ὑμᾶς τ', ἄνακτες, οἷσι δευτέραν νέμειν
μοῖραν προσήκει, σοῦ, κασίγνητον κάρα,
ἐπιστραφεῖσα τῶνδέ τ' εὐθαρσῶν νέων,
πλεῖστον γὰρ εὐθαρσοῖεν, οἳ πολίσματι
τούτῳ ξίφος τε καὶ φερέγγυον σάκος
ἤτοι πάρεισιν ἢ παρεστάναι χρεών·
ἅπασι δ' οὖν λέξαιμ' ἄν. εἰ δ' αἰδοῦς βαφὴ
ὑπῆλθ' ἐμὴν παρηίδ', οὐδὲν ἄλλο πλὴν
χλωροῖσιν ὑμῶν μέμφεται τοῖς ὄμμασι,
φάναι γὰρ ὀκνῶ, τῷ κακοσπλάγχνῳ φόβῳ.
ὅσος κέκρυπται χρυσὸς ἐν χθονὸς μυχοῖς,
ὅσου τε ποντισθέντος ἐκ ναναγίων
κρατεῖ Ποσειδῶν, τόνδε ποῦ θέσθαι πρέπον
ὑπότε τάλαντον θάτερον καταρρέπει
τοὐλεύθερόν τ' αἰδώς τε, τῷ ζυγῷ τ' ἔπι
ἡ καλλίνικος ἐγκαθίδρυται Δίκη ;

H. W. M.

Sancta Themis.

VIRGINIS os grave, nec, quod vulgo creditur, aures surdum, lucis inops; sed uti quae saepe superbos est aquila ausa oculos oculo conferre diei, haud alia, atque etiam visus accenditur olli lucidior lampas, solidi non inscia cordis excussisse sinus; quin et secreta silentum aures accipiunt intus resonantia clare consilia, aequalesque manus tenet altera lances.

J. E. B. M.

The Architect of Hell.

THE ascending pile
stood fixed her stately height; and straight the doors,
opening their brazen folds, discover wide
within her ample spaces, o'er the smooth
and level pavement: from the arched roof
pendent by subtle magic, many a row
of starry lamps, and blazing cressets, fed
how by 'n attempt to fly from this high spire
across the Sabrine stream, he did acquire
his fatal end. 'twas not for want of skill
or courage to peform the task he fell.
no, no; a faulty cord being drawn too tight
hurried his soul on high to take her flight,
which bade the body here below, good-night.

Feb. 2nd, 1739—Aged 28.

La Feuille errante.

E la tige detachée,
pauvre feuille dessechée,
où vas-tu ?'—'Je n'en sais rien ;
l'orage a frappée le chêne
qui seul était mon soutien.
de son inconstante haleine
le zephyr et l'aquilon
depuis ce jour me promène
de la forêt à la plaine,
de la montagne au vallon.
je vais où le vent me mène
sans me plaindre ou m'effrayer ;
je vais où va toute chose,
où va la feuille de rose
et la feuille de laurier.'

LAMARTINE.

Ἐπιτύμβιον Καδμᾶνος.

1. Καδμᾶνος ὄνομα σῆμα δηλούτω τόδε
καὶ τοῖς ἔπειτα φαινέτω βροτοῖς, ὅτι
σταλεὶς ἀπ᾽ ἄκρων τῶνδε σὺν πτηνῷ δρόμῳ,
περῶν Σαβρίνην, καιρίαν ἐκτήσατο
μοίρας τελευτήν· οὐ γὰρ ἀγνοίᾳ τινὶ
ἀνὴρ ὅδ᾽ ἔπεσεν οὐδ᾽ ἀνανδρίᾳ φρενῶν·
οὐ ταῦτα· λίαν δ᾽ ἐντόνως σχοῖνος ταθεὶς
ψυχὴν δι᾽ αὔρας εὐθέως ἀφῆκ᾽ ἄνω
τὸ σῶμα χαίρειν πόλλ᾽ ἐῶσαν ἐνθάδε.

2. Μνῆμα Καδμᾶνος προφαίνει τοῦτο τοῦ πάλαι κλέος,
καὶ τορῶς λέγει τοιαῦτα τῷ μεθυστέρῳ γένει,
ὡς θέλων περᾶν Σαβρίνην ἐν πτεροῖς δι᾽ αἰθέρα
τῶνδ᾽ ἀπὸ σκοπῶν τελευτὴν εὗρε τὴν πεπρωμένην.
οὐκ ἀπειρία νιν οὕτως, οὐκ ἀπώλεσεν κάκη·
αἴτιος γὰρ ἦν κάλως τις οὐ καλῶς πεπλεγμένος.
τοῦδ᾽ ὕφ᾽ ἡ ψυχὴ δι᾽ αἰθέρ᾽ ἔπτετ᾽ εἰς τὸν οὐρανόν,
κἀκέλευε πολλὰ χαίρειν σῶμ᾽ ἔνερθεν ἐν τάφῳ.

S.

Ludibrium ventis.

‘ARIDA quo de stirpe tua, coma lugubris, erras?’
‘nescio: quae tenuit me iacet ulmus humi.
e nemore in campos aquilo zephyrique tulerunt,
et modo me celsus mons, modo vallis habet.
nil ego questa feror, nil territa, quo vehit aër
omnia, cum lauri fronde comaque rosae.’

K.

Summer Heat.

IS raging noon; and vertical the sun
darts on the head direct his forceful rays.
o'er heaven and earth, far as the ranging eye
can sweep, a dazzling deluge reigns: and all
from pole to pole is undistinguished blaze.
in vain the sight dejected to the ground
stoops for relief: thence hot-ascending steams
and keen reflection pain. deep to the root
of vegetation parched the cleaving fields
and slippery lawns an arid hue disclose,
blast fancy's bloom and wither e'en the soul.
echo no more returns the cheerful sound
of sharpening scythe: the mower sinking heaps
o'er him the humid hay with flowers perfumed:
and scarce a chirping grasshopper is heard
thro' the dumb mead. distressful Nature pants:
the very streams look languid from afar:
or, thro' the unsheltered glade, impatient seem
to hurl into the covert of the grove.

THOMSON.

The Lost Songstress.

ERE there on earth another voice like thine.
another hand so blest with skill divine,
the much afflicted world some hope might have,
and harmony retrieve thee from the grave.

CONGREVE.

Fruitless Zeal.

ITH industry I spread your praise;
with equal you my censure blaze;
but faith! 'tis all in vain we do,
the world nor credits me nor you.

RELPH.

Medium Sol igneus orbem hauserat.

AM medii furit hora die: sol desuper ictus
deicit in capita, et magna vi fervidus ardet:
perque polum et terras oculis quodcumque patescit
luce natat: circum rutilis convexa polorum
flammis indiscreta iacent, taedetque tueri.
frustra acies lassata solo defigitur: angit
sulpureus vapor, et terrae radiantis imago.
quinetiam marcent tenerae ab radicibus herbae,
marcet ager: nigris sublucent fissa lacunis
gramina: quinetiam sensus pervadit ad imos,
torpor, et ipsius languet vis daedala mentis.
nec laeti obtunsam falcem exacuente colono
iam reboant colles: messor dat membra quieti
fenoque umenti et suavi tectus hyacintho.
vix nemora argutis resonant taciturna cicadis,
visaque anhelantist similis languescere tellus.
Cocyti in morem longe torpere putares,
flumina, seu patulos campi male passa calores
praecipitata rapi, silvaeque exquirere frigus.

A. W. P.

Dulces docta modos.

LTERA si qualis tua vox superesset in orbe,
altera sic chordas tangere docta manus,
spes foret Haemonios iterari posse triumphos,
ad superas cantu te revocante plagas.

K.

Oleum et operam perdimus.

OILE, par noster labor est; laudare libellos
ipse tuos studeo, tuque notare meos.
ponimus hanc operam pariter, sed perdimus ambo:
nec mea fecerunt nec tua verba fidem.

K.

The Testimony of the Skies.

HE spacious firmament on high
with all the blue ethereal sky,
and spangled heavens, a shining frame,
their great Original proclaim.
the unwearied sun from day to day
does his Creator's power display
and publishes to every land
the work of an almighty Hand.
Soon as the evening shades prevail,
the moon takes up the wondrous tale,
and nightly to the listening earth
repeats the story of her birth;
whilst all the stars that round her burn,
and all the planets in their turn
confirm the tidings as they roll,
and spread the truth from pole to pole.
What though in solemn silence all
move round the dark terrestrial ball?
what though nor real voice nor sound
amid their radiant orbs be found?
in reason's ear they all rejoice
and utter forth a glorious voice,
for ever singing as they shine
'the Hand that made us is divine!'

ADDISON.

The Truth-haters.

OW many foes the truth oppose,
and scare my loathing sight,
an owlish brood, that dare intrude
upon the morning light!

From SCHILLER.

Nobody at Home.

OU beat your pate, and fancy wit will come:
knock as you may, there's nobody at home.

SWIFT.

Stellifer Aether.

ERIUS, quicumque supra patet, impetus ingens
omniaque aetheriae caerula templa plagae
et stellata domus radiataque machina caeli
artificis magni se profitentur opus.
quotque dies remeant, sol indefessus eundo
Auctoris vires monstrat ubique sui,
ut graditur cunctis terrarum nuntius oris,
declaratque manus omnipotentis Eri.
luna, simul densas iam colligit Hesperus umbras,
eximiam laudis suscipit ipsa vicem,
auritisque dehinc terris, sua quae sit origo,
enarrat, quotiens tempora noctis eunt.
cunctaque eam circa flammantia sidera passim
fixaque idem firmant, quaeque vagantur idem,
utque suos pergunt volventia currere gyros,
indicium verax audit uterque polus.
quid tamen haec muta si maiestate feruntur,
nigrantem terrae circumeuntque globum ?
si tacita impediunt radiantes orbibus orbes,
nec verae voces aut sonus ullus adest ?
omnia laetantur ratione interprete, et edunt
quos ea praeclaros audiat usque sonos;
utque micant, sine fine canunt, 'nos maxima fecit
dextera, divinae nos sumus artis opus.'

H. A. J. M.

Οἱ Μισαληθεῖς.

UOT Veri subeunt hostes, quot ab omnibus umbris
invadunt ululae, turba molesta, diem !

S. A.

Nemo domi.

UI cerebrum pulsas, venturaque grandia credis
eloquia, a tandem desine ; nemo domist.

K.

The Chase.

NOW my brave youths,
now give a loose to the clean generous steed,
flourish the whip, nor spare the galling spur,
but in the madness of delight forget
your fears. far o'er the rocky hills we range,
and dangerous our course; but in the brave
true courage never fails. in vain the stream
in foaming eddies whirls: in vain the ditch,
wide gaping, threatens death. the craggy steep,
where the poor dizzy shepherd crawls with care,
and clings to every twig, gives us no pain;
but down we sweep, as stoops the falcon bold
to pounce his prey. then up the opponent hill,
by the swift motion slung, we mount aloft:
so ships in winter seas now sliding sink
adown the steepy wave, then, tossed on high,
ride on the billows, and defy the storm.

What lengths we pass! where will the wandering chase
lead us bewildered? smooth as swallows skim
the new-shorn mead, and far more swift, we fly.
see my brave pack: now to the head they press,
jostling in close array, then more diffuse
obliquely wheel, while from their opening mouths
the vollied thunder breaks. so when the cranes
their annual voyage steer, with wanton wing
their figure oft they change, and their loud clang
from cloud to cloud rebounds.

SOMERVILLE.

The Elegiac Distich.

IN the Hexameter rises the fountain's undulous column,
in the Pentameter then falling melodious down.

From SCHILLER.

Spes arrectae iuvenum.

NUNC, o magnanimi iuvenes, effundite habenas,
subdite calcar equo, crepitans torquete flagellum:
venturi impavidos rapiat delira voluptas.
saxa per et colles et per loca saeva periclis
currimus: at fortes mens numquam deficit aequa.
frustra vorticibus spumans exaestuat amnis;
sub pedibus frustra pandunt Acheronta lacunae.
difficiles scopulos, ubi pastor lubricus errat
vaccillans omnique moras in vimine nectit,
nos super hos impune volamus: iamque deorsum
praecipitamur, ut in praedam Iovis incidit ales;
iamque per adversum collem iactamur eundo
aerii: pedibus celer impetus addidit alas.
qualis ubi hiberno in pelago nunc prona carina
decurrit latera undarum, nunc emicat alte
insultatque vadis equitans ridetque procellam.
quo ferimur? quo nos rapiens venaticus error
decipit? ut gramen detonsum radit hirundo,
sic levi cursu nos mollia verrimus arva,
sed citiore fuga. ruit undique fida canum vis;
iamque catervatim ad primum concurritur agmen,
tum sese explicuit legio, fusisque per agros
itur in obliquos orbes; fit murmur; euntes
ore tonant patulo. quales ubi in aethere cursum
sollemnem fecere grues, petulantibus alis
diversae variant speciem; clangore volantum
nubes insonuere repercussaeque reclamant.

T. S. E.

Elegia.

HEXAMETER fontem liquidum summittit in auras;
Pentameter lapsu molle canente refert.

S. A.

My Native Stream.

PURE stream, in whose transparent wave
my youthful limbs I wont to lave,
no torrents stain thy limpid source,
no rocks impede thy dimpling course:
devolving from thy parent lake,
a charming maze thy waters make
by bowers of birch and groves of pine,
and hedges flowered with eglantine.
Still on thy banks, so gaily green,
may numerous herds and flocks be seen,
and lasses chanting o'er the pail,
and shepherds piping in the dale,
and ancient faith that knows no guile,
and industry embrowned with toil,
and hearts resolved, and hands prepared,
the blessings they enjoy to guard.

SMOLLETT.

To a Covetous Hero.

THY narrow or aspiring thoughts lay by;
can one so humbly creep, and soar so high?
brave is the warrior's arm, his sword is bold:
but, like thy falchion, do not grasp thy gold:
act not the hero's and the coward's part,
abroad all soul, at home without a heart.

A.

Star of the Morn and Eve.

THOU wast the Morning-star among the living,
ere thy fair light had fled;
now having died thou art as Hesperus, giving
new splendour to the dead.

SHELLEY, *from* PLATO.

Purior electro campum petit Amnis.

IVULE, quo memini puerum me saepe lavari,
purior electro splendidiorque vitro,
tu sine montanis torrentibus et sine saxis
curris inoffensas lubrica lympha vias ;
te primos latices de matre palude trahentem
dulcibus illecebris daedalus error agit
aut ubi betullae frondet nemus, aut ubi pinus,
saeptave pensilibus luxuriosa rosis.
sic semper tibi riparum per amoena vireta
mille boves passim, mille vagentur oves ;
et tibi non desint nymphae ad mulctrale canentes,
laetaque pastorum vallis harundinibus :
et te prisca fides et nescia fallere virtus
et labor assiduo sole perustus amet,
cordaque conuirata virum dextraeque paratae
custodire, quibus iure fruuntur, opes.

T. S. E.

Nil fuit umquam sic impar sibi.

EL tenuem vel magnum animum dimitte : quid idem
vermis uti reptas, et tamen astra petis ?
dextera bellantem captat tua fortiter ensem :
cur turpes eadem dextera captat opes ?
qui leo nuper eras, cur nunc es perfuga vulpis,
incluta militiae mens, sine corde domi ?

K.

Aã Amicum mortuum.

PLENDEBAS supero sub fornice nuper Eous ;
nunc idem splendes Hesperus in tenebris.

H. J.

The Progress of Poesy.

WAKE, Æolian Lyre, awake,
and give to rapture all thy trembling strings.
from Helicon's harmonious springs
a thousand rills their mazy progress take:
the laughing flowers that round them blow
drink life and fragrance as they flow.
now the rich stream of music winds along
deep, majestic, smooth and strong,
thro' verdant vales and Ceres' golden reign:
now rolling down the steep amain,
headlong, impetuous, see it pour;
the rocks and nodding groves rebellow to the roar.

O sovereign of the willing soul,
parent of sweet and solemn-breathing airs,
enchanting Shell, the sullen Cares
and frantic Passions hear thy soft control.
on Thracia's hills the Lord of war
has curbed the fury of his car,
and dropped his thirsty lance at thy command:
perching on the sceptred hand
of Jove, thy magic lulls the feathered king
with ruffled plumes and flagging wing:
quenched in dark clouds of slumber lie
the terrors of his beak and lightnings of his eye.

Thee the voice, the dance, obey,
tempered to thy warbled lay.
o'er Idalia's velvet green
the rosy-crownèd Loves are seen
on Cytherea's day,

Χρυσέα φόρμιγξ.

EPELLE somnum et dic age fervidis
dic laeta chordis Aeolium melos,
divina Testudo : canora
mille fluunt Heliconis arce
vocalium cum mumure fontium
rivi meantes, quos sitientium
floresque pratorum et feraci
vallis amat decorata risu.
nunc lympha, multo devia tramite,
levi fluento non sine viribus
lambit virescentes recessus
et Cereris geniale regnum :
nunc latiori prona licentia
secum labantum culmina rupium
devolvit avulsosque truncos
et virides Heliconis umbras.
salve libentum blanda cupidinum
regina, victi pectoris arbitra :
te Luctus exauditque Cura,
te placidis inimica ludis
Vindicta lenem fassa potentiam :
audit cruento dirus ab Ismaro
Gradivus, infrenatque currus
et rabiem sitientis hastae :
audit corusco de solio Iovis
bellator ales ; mox piceus sopor
compescit alarum fragorem et
fulmineos oculi minacis
condit furores. te sequitur Chorus,
utcumque molli in gramine coetibus
bacchata per noctem protervis
Idalias Cytherea nymphas

with antic Sports and blue-eyed Pleasures,
frisking light in frolic measures;
now pursuing, now retreating,
now in circling troops they meet;
to brisk notes in cadence beating
glance their many-twinkling feet.
Slow melting strains their Queen's approach declare:
where'er she turns, the Graces homage pay,
with arms sublime, that float upon the air,
in gliding state she wins her easy way:
o'er her warm cheek and rising bosom move
the bloom of young Desire and purple light of Love.

GRAY.

The Sleep of the Brave.

OW sleep the brave, who sink to rest
by all their country's wishes blest?
when Spring, with dewy fingers cold,
returns to deck their hallowed mould,
she there shall dress a sweeter sod
than Fancy's feet have ever trod.
By fairy hands their knell is rung;
by forms unseen their dirge is sung;
there Honour comes, a pilgrim gray,
to bless the turf that wraps their clay;
and Freedom shall awhile repair,
to dwell a weeping hermit there.

COLLINS.

iunctas gemellis ducit Amoribus:
praesens Voluptas et roseus Pudor
et laeta Ludorum caterva,
virgineae comites choreae,
nunc involuto non semel ordine
terram trementi concutiunt pede;
nunc quaeque certatim volanti
quamque fugit sequiturque planta.
sed Musa molles solvitur in modos:
en ipsa nexis non sine Gratiis
regina procedit: decentes
ad numerum fluitant lacerti
sublime in auras: en facili viam
spectanda lapsu corripit; en labri
pellacis undantisque colli
purpureos Amor auget ignes.

E. H. C.

Κείμεθα τοῖς πατρίοις ῥήμασι πειθόμενοι.

ORTES qualis habet sopor,
compostos requie quos prece patria et
votis prosequitur bonis?
ver quando gelida roriferum manu
heroum rediens sacros
ornabit tumulos, floribus induet
primis quale beatius
planta Musa vaga non tetigit solum.
illos, funereum decus,
divina celebrat pulsa manu chelys;
illis aerii chori
decantata sonat naenia vocibus:
illic pullus adest Honor
exstructum venerans advena caespitem;
Libertasque piis humum
sacrabit lacrimis, flebilis incola.

K.

The Country Churchyard.

(Gray's *Elegy.*)

THE curfew tolls the knell of parting day,
the lowing herd winds slowly o'er the lea,
the ploughman homeward plods his weary way
and leaves the world to darkness and to me.
now fades the glimmering landscape on the sight,
and all the air a solemn stillness holds,
save where the beetle wheels his droning flight,
or drowsy tinklings lull the distant folds ;
save that from yonder ivy-mantled tower
the moping owl does to the moon complain
of such as wandering near her secret bower
molest her ancient solitary reign.
beneath those rugged elms, that yewtree's shade,
where heaves the turf in many a mouldering heap,
each in his narrow cell for ever laid
the rude forefathers of the hamlet sleep.
the breezy call of incense-breathing morn,
the swallow twittering from the straw-built shed,
the cock's shrill clarion, and the echoing horn,
no more shall rouse them from their lowly bed.
for them no more the blazing hearth shall burn,
or busy housewife ply her evening care,
no children run to lisp their sire's return,
nor climb his knees the envied kiss to share.
oft did the harvest to their sickle yield,
their furrow oft the stubborn glebe has broke :
how jocund did they drive their team afield !
how bowed the woods beneath their sturdy stroke !
let not ambition mock their useful toil,
their homely joys and destiny obscure,

Νεκρόδεγμον Ἕρκος.

(Ecloga Graiana.)

OCCIDUAM maeret lucem sollemnis ab aede
clangor; iter mugit flectens grex segne per herbam:
iamque domum reptans it arator fessus, ut errem
solus ego in tenebris. fallunt sublustria circum
rura oculos, penitusque omnes premat aetheris auras
sancta quies, ni tu tractim, scarabaee, susurrans
orbibus aeriis volites, et ovilia longe
tinnitu subigat pigro sopor, aut, ubi turrim
palla nigrans hederae tegit, insociabilis intus
ad lunam increpitet bubo, si forte recessus
arcanos adiens cursu palante viator
abdita longaevi temeret penetralia regni.
at procul hinc, rigidis ulmis taxoque sub atra,
putris ubi multo distenditur aggere caespes,
longus, in exiguo depostum quemque sepulcro,
somnus habet proavos, agrestia saecula, pagi.
illos non humili potis est excire cubili
nuntius Aurorae Zephyrus spirantis odores,
non quae stramineo sub culmine garrit hirundo,
non alacris galli canor et quae clara resultant
cornua valle cava. non illis igne caminus
amplius ardebit, non sedula vespere coniunx
instaurabit opus; non nuntia, patre reverso,
balba domum curret suboles genibusque reposcet
oscula certatim escensis. at plurima falci
cesserat illorum seges, invitamque domabant
saepe suis glaebam sulcis: ut in arva iugalis
elatis egere animis, quantosque per ictus
subiecere sibi prostratae robora silvae!
nec tibi, quem magnis invitat Gloria rebus,
illa sit utilium series spernenda laborum,
deliciaeque casarum humiles obscuraque fata;

nor grandeur hear with a disdainful smile
the short and simple annals of the poor.
the boast of heraldry, the pomp of power,
and all that beauty, all that wealth e'er gave
awaits alike the inevitable hour:
the paths of glory lead but to the grave.
nor you, ye proud, impute to these the fault,
if memory o'er their tomb no trophies raise,
where thro' the long-drawn aisle and fretted vault,
the pealing anthem swells the note of praise.
can storied urn or animated bust
back to their mansion call the fleeting breath?
can honour's voice provoke the silent dust,
or flattery sooth the dull cold ear of death?
perhaps in this neglected spot is laid
some heart once pregnant with celestial fire,
hands that the rod of empire might have swayed,
or waked to ecstasy the living lyre.
but knowledge to their eyes her ample page
rich with the spoils of time did ne'er unroll:
chill penury repressed their noble rage,
and froze the genial current of the soul.
full many a gem of purest ray serene
the dark unfathomed caves of ocean bear:
full many a flower is born to blush unseen,
and waste its sweetness on the desert air.
some village Hampden that with dauntless breast
the little tyrant of his fields withstood,
some mute inglorious Milton here may rest,
some Cromwell guiltless of his country's blood.
the applause of listening senates to command,
the threats of pain and ruin to despise,
to scatter plenty o'er a smiling land,
and read their history in a nation's eyes
their lot forbade: nor circumscribed alone
their growing virtues, but their crimes confined,
forbade to wade thro' slaughter to a throne,
and shut the gates of mercy on mankind,

nec qui dives opum gemma bibit, incubat ostro,
audiat inridens exilia pauperis acta
annalesque breves. nam siquid stemmata pulchri
siquid nummus habet vel forma vel alta potestas,
omne manet pariter non exorabilis horae
eventus, famaeque subest in fine sepulcrum.
nec tamen his vitio vertant inpune superbi,
si memor induerit nullis amor ossa tropaeis,
qua tenor alarum longus caelataque tecta
multiplicant dias retonantia carmina laudes.
inscriptane fugax revocetur spiritus urna
aut simili vitae statua? cineremne cierit
postera laus mutum, aut blandi pellacia versus
indocilem Leti frigentis mulserit aurem?
forsitan hic teneat neglecto gramine tellus
pectora divinis olim praegnantia flammis,
quaeque manus regni poterant attollere fasces
aut anima instinctae plusquam mortalia chordis
inspirare lyrae. sed numquam evolverat illis
ditatos aevi spoliis Sapientia libros;
frigida Paupertas geniales obruit aestus
et glacie flumen frenavit nobile mentis.
haut aliter radio purissima gemma sereno
plurima sub nigris fundoque carentibus antris
nascitur oceani; sic flos persaepe fefellit
suave rubens, vacuisque auris effudit odorem.
forsitan hic Brutus requiescat, gloria pagi
exiguoque audax agrorum obstare tyranno,
clauserit hic aliquis mutos ignobilis annos
Flaccus, et haud patrio pollutus sanguine Caesar.
attamen intentos plausum excivisse senatus,
fortunae sprevisse minas stimulosque doloris,
per laetas urbes Cererem sparsisse, suaeque
in populi vultu vitae legisse tenorem,
talia sors illis renuit sua, nec modo magnas
crescere virtutes vetuit, sed crescere culpas,
regia ne peterent per strages sceptra cruentas,
neu generi humano pietatis iura negarent:

the struggling pangs of conscious truth to hide
to quench the blushes of ingenuous shame,
or heap the shrine of luxury and pride
with incense kindled at the muse's flame.
far from the madding crowd's ignoble strife,
their sober wishes never learned to stray:
along the cool sequestered vale of life
they kept the noiseless tenour of their way.
yet even these bones from insult to protect
some frail memorial still erected nigh,
with uncouth rhimes and shapeless sculpture decked.
implores the passing tribute of a sigh.
their name, their years spelt by the unlettered muse
the place of fame and elegy supply,
and many a holy text around she strews,
that teach the rustic moralist to die.
for who to dumb forgetfulness a prey
this pleasing anxious being e'er resigned,
left the warm precincts of the cheerful day,
nor cast one longing lingering look behind?
on some fond breast the parting soul relies,
some pious drops the closing eye requires;
even from the tomb the voice of nature cries,
even in our ashes live their wonted fires.
for thee, who mindful of the unhonoured dead
dost in these lines their artless tale relate,
if chance, by lonely contemplation led,
some kindred spirit shall enquire thy fate,
haply some hoary-headed swain may say
'oft have we seen him at the peep of dawn
brushing with hasty steps the dews away
to meet the sun upon the upland lawn.
there on the foot of yonder nodding beech,
that wreaths its old fantastic roots on high,
his listless length at noontide would he stretch
and pore upon the brook that babbles by.
hard by yon wood, now smiling as in scorn,
muttering his wayward fancies would he rove;

nec celare metus dedit et suspiria veri
conscia et ingenuum facie ignescente pudorem,
musaeis neque tura focis accendere, quae mox
Luxuriae possent aras adolere superbae.
sobria vota isdem, non errabunda fuerunt,
nota nec insani lis illa ingloria vulgi:
quod secura quies, ut callem in valle reducta,
celat iter vitae, tacito pede leniter ibant.
haec etiam a noxa turpi quae protegat ossa,
sit fragilis quamquam, tamen illic saxea moles
versibus incomptis rudibusque insculpta figuris
impendas gemitum sibi praetereasque precatur.
Musa, sepultorum quae nomina dicit et annos,
rustica nil famae supplendum voce reliquit,
nil elegis: et multa sacri proverbia libri
adstruit, ut monitus discat pius incola ruris
sana mente mori. cui muta oblivia cordi
tantum, ut sollicitae iam iam dulcedine vitae
cessurus, calidi fugiens loca laeta diei,
non desiderio tangatur et ista moranti
lumine respiciat? cordi confidit amico
expirans anima, et lacrimarum dona piarum
marcentes orant oculi: natura sepulcro
vocem aliquam emittit; restat sua flamma favillae.
de te, qui recolis sine nomine mortua saecla,
arte carens vates, siquis perpendere multa
more tuo secum solitus tua fata requirat,
fors aliquis cani capitis testetur agrestis:
'saepius ad reditum lucis conspeximus illum
praefestinanti gressu dispergere rores
colle super viridi properantem occurrere Phoebo:
quo remeans, fagi nutantis tegmine subter
illius, antiquis quae sic radicibus errat
mire intertextis alteque extantibus herba,
membra die medio prosternere lenta solebat
atque inhiare citae quae garrula praefluit undae.
saepe etiam quam cernis ibi ad confinia silvae
nunc, velut inridens mundo, vaga somnia mussans,

now drooping woeful-wan, like one forlorn,
or crazed with care, or crossed in hopeless love.
one morn I missed him on the customed hill,
along the heath, and near his favourite tree:
another came; nor yet beside the rill,
nor up the lawn, nor at the wood was he.
the next with dirges due in sad array
slow thro' the churchway path we saw him borne.
approach and read, for thou canst read, the lay
graved on the stone beneath yon aged thorn':

Epitaph.

Here rests his head upon the lap of earth
a youth to fortune and to fame unknown:
fair Science frowned not on his humble birth,
and Melancholy marked him for her own.
large was his bounty and his soul sincere:
heaven did a recompense as largely send:
he gave to misery all he had, a tear;
he gained from heaven, 'twas all he wished, a friend.
no farther seek his merits to disclose
or draw his frailties from their dread abode,
(there they alike in trembling hope repose)
the bosom of his Father and his God.

GRAY.

Meine Antipathie.

LOVE not vice; but more I hate
the prosers that of virtue prate.'
'hate virtuous people!' 'no, not I:
my wish is, on the contrary,
that all would walk in virtue's ways,
and cease to talk in virtue's praise.'

K. *from* SCHILLER.

nunc miser errabat deiecto pallidus ore,
ut qui vel sociis orbus vel pondere curae
mentis inops vel iniquo exspes maereret amore.
quondam mane novo non illum in gramine campi
colle nec in solito propriave sub arbore vidi:
altera lux venit: non ille ad flumina nota,
non dorso nemoris, non summi in caespite clivi:
tertia successit: tunc eheu vidimus illum
elatum tarde sacrati ad limina templi,
triste ministerium, nec derat naenia pompae.
huc ades et, quoniam promptum tibi, perlege carmen
incusum lapidi posito sub vepre vetusto':

Epicedium.

Cui non ulla fuit nec res nec gloria vivo,
hic iuvenem gremio tellus fovet. hunc neque vidit
candida non placide plebeia stirpe creatum
Pieris, et proprium legit sibi Cura sodalem.
largus erat dandi, sincera mente, Deusque
donavit larga pariter mercede merentem:
ipse dabat miseris lacrimam, nil maius habebat,
dante Deo nanctus, nec plura optavit. amicum.
ne tamen ulterius virtutes quaere iacentis
exprimere, aut latebra vitia extraxisse verenda:
unus enim, quod spe tremula fateantur. apud se
haec habet omnipotens, idem Pater et Deus idem.

K.

Fides.

QUOD tot abest animis mihi displicet, at magis illud
quod tot inest linguis, trita loquella, Fides.—
'displicet anne Fides?' credatur ab omnibus opto,
deque Fide mundus desinat esse loquax.

K.

Thomson a Scot.

HILE virgin spring by Eden's flood
unfolds her tender mantle green,
or pranks the sod in frolic mood,
or tunes Aeolian strains between:
while summer with a matron grace
retreats to Dryburgh's cooling shade,
yet oft delighted stops to trace
the progress of the spiky blade:
while autumn, benefactor kind,
by Tweed erects his aged head,
and sees with self-approving mind
each creature on his bounty fed:
while maniac winter rages o'er
the hills whence classic Yarrow flows,
rousing the turbid torrent's roar,
or sweeping, wild, a waste of snows:
so long, sweet poet of the year,
shall bloom that wreath thou well hast won,
while Scotia with exulting tear
proclaims that Thomson is her son.

BURNS.

Contentment.

CARE not, Fortune, what you me deny:
you cannot rob me of free Nature's grace;
you cannot shut the windows of the sky
through which Aurora shows her brightening face;
you cannot bar my constant feet to trace
the woods and lawns by living stream at eve.
let health my nerves and finer fibres brace,
and I their toys to the great children leave;
of fancy, reason, virtue, nought can me bereave.

THOMSON.

Poeta Scoticus.

VIRGINEUS dum veris honor viridantis amictûs
pandet ad Edeni flumina molle decus,
aut festivus humum variabit, et aelinon auris
interdum Aeoliis emodulatus erit:
dumque aestas, matrona decens, captanda sub umbris
frigora deveniet, Durioburge, tuis,
saepe tamen laetans sistet, segetisque notabit
herba teres quantas polliceatur opes:
dum bona diffundens autumnus munera surget
grandaevo Tevidae vertice propter aquas,
atque hilari cum corde animalia cuncta videbit,
copia quam dederit, pascat ut omne genus:
donec hiemps vaesana iugis bacchabitur illis,
unde Heliconiasin cognita Girva fluit,
nunc acuens lutei torrentis murmura, verrens
stragem indigestae mox furibunda nivis:
perpetuo, vates anni numerose, virebunt
quae bene promeritus laurea serta geris,
Scotiaque intererit lacrimaque insignis ovanti
edicet subolem Tityron esse suam.

H. A. J. M.

Flumina amem silvasque.

NIL me sollicitat quid tu, Fortuna, recuses,
dum mihi ne valeas Naturae avertere dona
munificae, caelique amplas occludere valvas,
quas Aurora aperit, roseo spectabilis ore:
neu possis retinere pedes quin vespere lustrem
saltusque siluasque ad vivi fluminis undam.
si modo dia Salus dignetur robore nervos
et tenues firmare fibras, sua gaudia nugax
per me turba colat procerum; mihi Musa supersit,
et Ratio et Virtus: his nil me dotibus orbat.

K.

The Neck of Venison.

WHILE thus I debated, in reverie centered,
an acquaintance—a friend, as he called himself—
entered;
an underbred, fine-spoken fellow was he,
and he smiled as he looked at the venison and me.
'What have we got here? why, this is good eating!
your own, I suppose—or is it in waiting?'
'Why, whose should it be?' cried I, with a flounce:
'I get these things often'—but that was a bounce:
'some lords, my acquaintance, that settle the nation.
are pleased to be kind—but I hate ostentation.'
'If that be the case then,' cried he, very gay,
'I'm glad to have taken this house in my way.
to-morrow you take a poor dinner with me;
no words—I insist on't—precisely at three:
we'll have Johnson and Burke—all the wits will be there;
my acquaintance is slight, or I'd ask my Lord Clare.
and, now that I think on't, as I am a sinner,
we wanted this venison to make out a dinner.
what say you—a pasty? it shall and it must,
and my wife, little Kitty, is famous for crust.—
here, porter, this venison with me to Mile End;—
no stirring, I beg, my dear friend, my dear friend!'
thus, snatching his hat, he brushed off like the wind,
and the porter and eatables followed behind.

GOLDSMITH.

The universal Glutton.

EVER eating, never cloying,
all devouring, all destroying,
never finding full repast,
till I eat the world at last.

SWIFT.

Inter Opes inops.

STABAM ego sic curas meditans, et totus in illis,
cum quidam incurrit notus mihi nomine tantum,
ipse meis quamvis cuperet se adscribere amicis,
ingenium servile, rotundo putidus ore:
et leviter ridens, ut me spectatque ferinam,
incipit: 'hem, quid habes? euge, haec lautissima cenast:
anne tuum hoc an nunc dominos exspectat opimos?'
'quid rogitas?' clamo, et 'fert nobis unus et alter
talia dona dies,' Parthis mendacior addo:
'principibus placuisse viris mihi contigit: est qui
nos amat: at iactare odiosumst.' irruit ille:
'fortunatus ego, has cui iam devertere ad aedes
contigerit: tu cras mecum cenaveris: hora
nona erit: edixi: ne pugna fortis; habebis
Virgilium Variumque: utinam mihi notior esset
Maecenas: aderit flos ac facundia Romae.
iamque, ita sim sospes, menti subit, hic mihi cervus,
hic erat in votis, cenae caput ut foret illi.
quid fieri censes? crustumne? Catullula nostra
conficit haec nemo ut melius: decrevimus ergo:
ocius hanc pueri (tu ut sis tranquillior oro,
numquam hodie effugies) medias auferte Carinas.
tuque vale mea cura; vale dulcissime rerum.'
sic ait arreptoque elabitur ocior auris
pileolo, puerique exportant pone ferinam.

C. W.

Tempus edax rerum.

SEMPER edens satior numquam, dum cuncta vorantur,
cuncta mea pereunt depopulata fame:
omnivoro ventri nil sufficit: ultima mensa,
expleat ingluviem quae mihi, mundus erit.

K.

Highland Mary.

E banks and braes and streams around
the castle o' Montgomery,
green be your woods and fair your flowers,
your waters never drumlie ;
there simmer first unfauld her robes
and there the langest tarry ;
for there I took the last fareweel
o' my sweet Highland Mary.
How sweetly bloomed the gay green birk,
how rich the hawthorn's blossom,
as underneath their fragrant shade
I clasped her to my bosom !
the golden hours on angel wings
flew o'er me and my dearie ;
for dear to me as light and life
was my sweet Highland Mary.
Wi' monie a vow and locked embrace
our parting was fu' tender,
and pledging aft to meet again
we tore oursels asunder.
but oh fell death's untimely frost,
that nipt my flower sae early !
now green's the sod and cauld's the clay
that wraps my Highland Mary.
O pale, pale now those rosy lips
I aft hae kissed sae fondly,
and closed for aye the sparkling glance
that dwelt on me sae kindly,
and mouldering now in silent dust
that heart that lo'ed me dearly :
but still within my bosom's core
shall live my Highland Mary.

BURNS.

De patriis dicta Puella iugis.

OS, iuga, vos clivi, vos qui praetexitis, amnes,
Gomerii vestra moenia montis aqua,
sint virides silvae, pulcherrima copia florum,
et turpi numquam turbida lympha luto:
primum ibi purpureos aestas dispandat amictus,
atque ibi se teneat permaneatque diu;
mecum ibi namque fuit vovitque novissima vota
dulcis de patriis dicta puella iugis.
suaviter ut viridi risit betulla nitore,
floribus ut rubuit spinus amicta meris,
cum recubans illic sub odorae tegmine silvae
pressabam gremio pectora fusa meo!
hora alia ex alia caelestibus aurea pinnis
praeteriit volucri meque meamque fuga;
namque meast; ut amantur enim lux vitaque, amatast
dulcis de patriis dicta puella iugis.
tum data saepe fides, amplexibus haesimus artis,
digressus tenero mollis amore fuit;
multaque post promissa tamen divellimur aegre,
iurati, dextris in reditumque datis.
omnia nequiquam! mors frigore venit acerbo,
admorsus cecidit flos meus ante diem.
nunc gelidum terrae viridi sub caespite tegmen
gestat de patriis dicta puella iugis.
tincta rosa quondam, nunc pallida morte labella
sunt, quotiens labris tacta labella meis!
quique mihi obtutu prius adridebat amico,
fulgor ocellorum non recreandus hebet;
illud et in tacito tabescere pulvere pergit
plenum in me tanti quod cor amoris erat.
vivit adhuc vivetque tamen praecordia subter
intima de patriis dicta puella iugis.

H. A. J. M.

Thomson's Grave.

N yonder grave a Druid lies,
where slowly winds the stealing wave:
the year's best sweets shall duteous rise
to deck its poet's sylvan grave.
in yon deep bed of whispering reeds
his airy harp shall now be laid,
that he, whose heart in sorrow bleeds,
may love through life the soothing shade.
remembrance oft shall haunt the shore
when Thames in summer wreaths is drest,
and oft suspend the dashing oar
to bid his gentle spirit rest;
and oft, as Ease and Health retire
to breezy lawn or forest deep,
the friend shall view yon whitening spire,
and mid the varied landscape weep.
but thou, lorn stream, whose sullen tide
no sedge-crowned sisters now attend,
now waft me from the green hill's side,
whose cold turf hides the buried friend.
and see, the fairy valleys fade,
dun night has veiled the solemn view;
yet once again, dear parted shade,
meek Nature's child, again adieu!
long, long thy stone and pointed clay
shall melt the musing Briton's eyes;
'o vales and wild woods,' shall he say,
'in yonder grave your Druid lies.'

COLLINS.

Freundschaft.

Alten Freund für neuen wandeln
heißt für Früchte Blumen handeln.

From GRYPHIUS.

Druidae Sepulcrum.

HIC corpus Druidae iacet sepultum
qua tardo sinuatur unda flexu ;
lautas annus opes pie reducens
ornabit proprii cubile vatis.
crebros inter harundinum susurros
nunc pendens cithara adsonabit aurae,
ut, siquem laceret dolor, placentis
umbrae vivus amet serenitatem.
saepe hanc Mnemosyne reviset oram,
aestivos Tamesi induente cultus ;
remum saepe morabitur cadentem,
dum fausta prece iusserit, ‘ fruantur
almi perpetua quiete manes.’
et si forte, valens et otiosus,
aut laetos zephyris agros amicus
aut imas nemoris petet latebras,
sacrae prospiciet cacumen aedis,
et motus subito tremore flebit.
nunc tu, rive relicte, cuius aestu
ravo Naiades exulant sorores,
me clivo citus aufer a virenti,
qui glaeba tegit algida sodalem.
en pallent tenues utrimque valles,
iam nox furva quod est ubique velat ;
sed rursus, mea rapta cura, rursus,
Naturae suboles piae, valeto.
caespes ille diu memorque cippus
umentes oculos trahet Britanni ;
‘o valles siluaeque,’ dicet, ‘ hic vos
servatis Druidae vetus sepulcrum.’

K.

Amicitia.

SI mutes veterem novo sodali,
fructus vendideris emasque flores.

S. A.

A Bill of Exceptions.

GOOD people all, with one accord,
lament for Madam Blaize,
who never wanted a good word—
from those who spoke her praise.
The needy seldom passed her door,
and always found her kind;
she freely lent to all the poor—
who left a pledge behind.
She strove the neighbourhood to please
with manners wondrous winning;
and never followed wicked ways—
unless when she was sinning.
At church in silks and satins new,
with hoop of monstrous size,
she never slumbered in her pew—
but when she shut her eyes.
Her love was sought, I do aver,
by twenty beaux and more;
the king himself has followed her—
when she has walked before.
But now her wealth and finery fled,
her hangers-on cut short all;
the doctors found, when she was dead—
her last disorder mortal.
Let us lament in sorrow sore,
for Kent-street well may say,
that, had she lived a twelvemonth more—
she had not died to-day.

GOLDSMITH.

The Child in the Cradle.

BEAUTIFUL babe, unto thee an infinite space is the cradle:
growing to man, thou wilt deem narrow the infinite world.

From SCHILLER.

Παραγραφαί.

Δημόται, δακρύσατ' ἤδη πάντες ἐξ ἑνὸς ῥόθου
τὴν γυναῖκα τὴν θανοῦσαν ἄρτι, Παμφλέκτην λέγω,
εὖ γὰρ ἤκουεν βλέπουσα πρός γε τοῦ λέγοντος εὖ.
τῆσδε τὰς θύρας ἀκλῄστους ὀλιγάκις παρῆλθον ἂν
οἱ πένητες· ἦν γὰρ εὔφρων, κἀδάνεισεν ἀφθόνως
τοῖς ἀχρημάτοισι πᾶσιν ὑποτιθεῖσί γ' ἐνέχυρον.
εἶτα τοὺς πέλας πρόθυμος ἦν ἐπικτᾶσθαι φίλους,
σχῆμ' ἔχουσα πιθανὸν ὥστε θαυμάσαι· τρόποισι γὰρ
οὐδαμῶς κακοῖς ἐχρῆτο, πλήν γ' ὅτ' ἐξαμαρτάνοι.
κἂν νεῳ̃ λεπτοσπάθητα καὶ κρόκου βαφὰς γε πρὸς
εἱμένη πλευρῶν τ' ἄγαλμα στρόφιον οὐράνιον ὅσον
ἦστο, κοὐκ ἔβριζεν, εἰ μὴ βλέφαρα συγκλείσειέ πως.
ἵμερος δὲ τῆσδ' ἐπέσπα, δαίμονας μαρτύρομαι,
εἴκοσι μνηστῆρας εἴτε πλείονας, καὐτὸς μὲν οὖν
ὁ βασιλεὺς μετῆλθέ νίν ποθ', ἡ δὲ πρόσθεν ἐστίβει.
ἀλλ' ἀπορρυέντος ἤδη χρυσέου χλιδήματος,
τοῖς δ' ἐρασταῖσιν ῥαγεισῶν ξυντόμως τῶν ἐλπίδων,
ὁ σοφὸς ἰατρός, θανάσιμος ὡς ἀπῴχεθ' ἡ γυνή,
εὗρε καὶ θανάσιμον οὖσαν τὴν πανυστάτην νόσον.
ἀλλ' ὀδυρώμεσθα ταύτην μὴ κενοῖς δακρύμασιν,
ἔστι γὰρ λέγειν νιν, εἴ γε κἀνιαύσιον κύκλον
ζῆν ἔμελλ' ἔτ' ἄλλον, οὐδ' ἂν κατθανεῖν τῇδ' ἡμέρᾳ.

T. S. E.

Infans.

UNARUM spatia ista patent sine fine tuarum
nunc tibi, parve puer.
cum vir eris, mundi spatia haec angusta putabis,
quae sine fine patent.

S. A.

The Thrifty Lover.

NE'ER could any lustre see
in eyes that would not look on me;
I ne'er saw nectar in a lip
but where my own did hope to sip;
to me the cheek displays no roses
like that the assenting blush discloses.
would she have me praise her hair?
let her place my garland there.
is her hand so white and pure?
I must press it to be sure;
nor can I be certain then,
till it grateful press again.
must I praise her melody?
let her sing of love and me.
must I with attentive eye
watch her heaving bosom sigh?
I will do so when I see
that heaving bosom sigh for me.
none but bigots will in vain
adore a heaven they cannot gain.

SHERIDAN.

The Mother's Stratagem.

HILE on the cliff with calm delight she kneels,
and the blue vales a thousand joys recall,
see to the last, last verge her infant steals!
o fly—yet stir not, speak not, lest it fall.
far better taught, she lays her bosom bare,
and the fond boy springs back to nestle there.

ROGERS.

Ut ametur amabilis esto.

NULLUS inest illis oculis, me iudice, fulgor,
qui mihi non risum, pignus amoris, habent.
non ego caelestes vidi stillare liquores
labra, nisi ex illis spes mihi mellis erat.
nec facies roseos ostenderit ulla colores,
ni rubeat votis non aliena meis.
mene opus est flavos nymphae laudare capillos?
illius incingat nostra corona caput.
num manus effulget candenti casta colore?
certior ut fiam dextra premenda mihist:
at pressisse manum nequaquam sufficit; ipsa
dextra meam dextram tum quoque pressa premat.
mene cupis, virgo, numeros laudare canentis?
de Venere et nostri pectoris igne canes.
mene etiam servare oculis suspiria fixis,
quae tibi sint imo pectore ducta, iubes?
hoc ego, crede, lubens faciam, simul atque videbo
suspirare tuum pectus amore mei.
sola superstitio caelum mirabitur illud
quo sibi felici non datur ire via.

H. H.

Mater.

DUM sedet in scopulo mater, cui caerula vallis
tot revocat laetos, qui periere, dies,
parvus ad extremam rupem prorepserat infans.
quin rapis? immo mane, ne cadat; immo sile.
haec tamen arte sagax nudat meliore papillas:
ponit ibi cupidum redditus erro caput.

W. I.

The Lea-Rig.

HEN o'er the hill the eastern star
tells bughtin'-time is near, my jo;
and owsen frae the furrow'd field
return sae dowf and weary, O!
down by the burn, where scented birks
wi' dew are hangin' clear, my jo,
I'll meet thee on the lea-rig,
my ain kind dearie, O!
In mirkest glen, at midnight hour,
I'd rove and ne'er be eerie, O!
if through that glen I gaed to thee,
my ain kind dearie, O!
although the night were ne'er sae wild,
and I were ne'er sae weary, O!
I'd meet thee on the lea-rig,
my ain kind dearie, O!
The hunter lo'es the mornin' sun,
to rouse the mountain-deer, my jo;
at noon the fisher seeks the glen,
alang the burn to steer, my jo.
gi'e me the hour of gloamin' gray,
it makes my heart sae cheerie, O!
to meet thee on the lea-rig,
my ain kind dearie, O!

BURNS.

To a Painter.

AINTER, if thou canst safely gaze
on all the wonders of that face,
if thou hast skill to guard the heart
secure by secrets of thy art,
o teach that mighty charm, that we
may gaze securely too, like thee.

HUGHES.

Tu nocte vel atra Lumen.

BI clivo superato
pecudes sidus eoum
vocat ad mulctra coactas, et ab arvis rediit bos
nimio lassus aratro,
mea lux, conveniam te,
Neobule, meus ignis,
prope rivum et cava saltus, ubi odorata refulget
pluviis betula gemmis.
neque enim, si per opacae
tenebrosissima silvae
media nocte vagarer, metus esset mihi dulcem
repetenti Neobulen:
etiam si glomeraret
rabiem nox, etiam si
pede fesso titubarem, tamen assueto ibi in agro
peterem te, meus ardor.
capreas exagitantem
nova montes per apertos
rapiat lux; colat aestu medio flumen et umbras
sibi piscator amicas:
ego tempus redeuntum
celebrabo tenebrarum,
mihi quo languidulum cor recreatur, mihi quo tu
revocaris, Neobule.

R. B.

Ad Pictorem.

I fixo placidus lumine conspicis
hanc, Pictor, faciem, nec tamen ureris,
dic o discipulo dic, quibus artibus,
ut tu, conspiciam, nec tamen ardeam.

K.

Matrimonial Jars.

W. USBAND, husband, cease your strife,
nor longer idly rave, sir;
though I am your wedded wife,
I am not your slave, sir.

H. One of two must still obey,
Nancy, Nancy:
is it man or woman? say,
my spouse Nancy.

W. If 'tis still the lordly word
service and obedience,
I'll desert my sovereign lord;
and so good bye, allegiance.

H. Sad will I be so bereft,
Nancy, Nancy;
yet I'll try to make a shift,
my spouse Nancy.

W. My poor heart then break it must,
my last hour I'm near it;
when you lay me in the dust,
think how you will bear it.

H. I will hope and trust in heaven,
Nancy, Nancy;
strength to bear it will be given,
my spouse Nancy.

W. Well, sir, from the silent dead
still I'll try to daunt you;
ever round your midnight bed
horrid sprites shall haunt you.

H. I'll wed another like my dear
Nancy, Nancy;
then all hell will fly for fear,
my spouse Nancy.

BURNS.

Suaviter in modo, fortiter in re.

U. IR, vir, desine litium,
neu permitte vagis frena furoribus;
nuptum me tibi comparem,
non quae servaforem, lex, puto, tradidit.

M. Unus pareat alteri
de binis opus est, Nannia, Nannia:
virne an femina debeat
praestare obsequium, lux mea, videris.

U. Narras obsequium mihi,
parerique tibi, ceu domino, iubes?
saevae castra potentiae
linquo; iam valeat servitium vetus.

M. Consorti viduus tui
certe tristis ero, Nannia, Nannia;
sed quod corrigerest nefas
(scis, uxor) levius fit patientia.

U. Ergo dissiliet malis
cor, vitaeque dies ingruit ultima:
cum me tradideris humo,
qui tum, dure silex, sensus erit tibi?

M. Quidni caelituos opem
poscam suppliciter, Nannia, Nannia?
sic, spero, dabitur mihi
mens sortisque capax et tolerans mali.

U. At terror veniam tibi
in lucem e tacitis reddita manibus:
at coetus lemurum tuis
nocturnus thalamis insidiabitur.

M. Nobis altera nupserit
instar sponsa tui, Nannia, Nannia;
qua formidine territa
totius fugient agmina Tartari.

The Happy Man.

HE cannot skim the ground like summer birds
pursuing gilded flies; and such he deems
her honours, her emoluments, her joys.
therefore in Contemplation is his bliss,
whose power is such, that whom she lifts from earth
she makes familiar with a heaven unseen,
and shows him glories yet to be revealed.
not slothful he, though seeming unemployed
and censured oft as useless. stillest streams
oft water fairest meadows, and the bird,
that flutters least, is longest on the wing.
ask him indeed what trophies he has raised,
or what achievements of immortal fame
he purposes, and he shall answer—None.
his warfare is within. there unfatigued
his fervent spirit labours. there he fights,
and there obtains fresh triumphs o'er himself
and never-withering wreaths, compared with which
the laurels that a Cæsar reaps are weeds.

COWPER.

Love.

MEN without love have oft so cunning grown
that something like it they have shown;
but none who had it e'er seem'd to have none.
love's of a strangely open simple kind,
can no arts or disguises find,
but thinks none sees it, 'cause itself is blind.

RICHARDSON.

Beatus ille.

ERRERE nescit humum, quo ritu verrit hirundo
proliciente fuga capta et splendoribus aureis
sole sub aestivo muscae : fastidit honores
muneraque interitura voluptatesque caducas.
ergo solus amat meditari ac totus in illost:
vivida vis superas meditantem evexit ad auras
scilicet et magni reserans penetralia caeli
nondum propositos oculis patefecit honores.
non agit ille nihil, quamvis videatur amare
desidiam civisque inglorius audiat idem.
saepe madent taciturno amni viridissima rura :
saepe quieta volans alarum verbere raro
ultima caelesti cursu lassatur hirundo.
ille tropaea manu statuit ? molitur in aevum
omne per ora virum victor volitare ? negabit.
intus bella gerit : mentis procul aere canoro
militat in castris : de se bis terque triumphat,
inde petens laurus proprias, viridem inde coronam,
prae qua Caesareae marcent et inutilis algae
instar habent.

T. S. E.

Quid sit Amor.

AEPE adeo vafer est factus qui nescit amorem,
vel sine re speciem scit simulare rei :
se tamen experto non dissimulandus in ullo
verus amor mira simplicitate patet.
with bloody hand the victor weaves,
let the loud trump his triumph tell;
but when you hear the passing bell,
then, lady, twine a wreath for me,
and twine it of the cypress-tree.
Yes, twine for me the cypress-bough,
but, O Matilda, twine not now:

Iubet Cupressus funebres.

AUT nullum, Lalage, necte mihi, precor,
aut sertum foliis necte cupressinis.
resplendent nimio lilia lumine,
et pictis nimium frondibus arbuti;
calthis mixta rosae suave rubentia
nostro serta caput laetius ambiant;
at nullum, Lalage, necte mihi, precor,
aut sertum foliis necte cupressinis.—
vernanti decoret tempora pampino
subridens facili laetitia Iocus;
fortem pro patria saepiat aesculus;
aptum consiliis taxus amet senem;
spem reddit miseris myrtus amantibus,
sed myrtum, Lalage, tu mihi denegas:
ergo mitte leves nectere flosculos,
et frondes potius texe cupressinas.—
tollat laeta rosas Anglia compares,
quae multo rapuit sanguine praemia;
innectatque apici Scotia caerulo
stillantes hilari rore thymi comas;
flos cristam nitidae cingat Hiberniae
qui vernat trifida fronde smaragdinus:
at nullum, Lalage, necte mihi, precor,
aut sertum foliis necte cupressinis.—
inter clara lyrae carmina virgines
musaeis hederam crinibus implicent:
et laurus, capiti promeritum decus,
victor sanguinea dum properat manu,
aeris concelebret clangor adoream:
tu, cum funereo tibia praecinet
cantu, tum, Lalage, necte mihi, precor,
tum sertum foliis necte cupressinis.—
frondem texe mihi, texe cupressinam,
nec iam texe: brevi da spatium morae,

stay till a few brief months are past,
and I have looked and loved my last.
when villagers my shroud bestrew
with pansies, rosemary and rue,
then, lady, weave a wreath for me,
and weave it of the cypress-tree.

SCOTT.

The Solitary Poet.

THERE was a Poet, whose untimely tomb
no human hands with pious reverence reared,
but the charmed eddies of autumnal winds
built o'er his mouldering bones a pyramid
of mouldering leaves in the waste wilderness.
a lovely youth, no mourning maiden decked
with weeping flowers, or votive cypress wreath,
the lone couch of his everlasting sleep.
gentle and brave and generous, no lorn bard
breathed o'er his dark fate one melodious sigh.
he lived, he died, he sung in solitude.
strangers have wept to hear his passionate notes,
and virgins, as unknown he passed, have sighed
and wasted for fond love of his wild eyes.
the fire of those soft orbs has ceased to burn,
and Silence, too enamoured of that voice,
locks its mute music in her rugged cell.

SHELLEY.

Hohe Liebe.

In Liebesarmen ruht ihr trunken,
des Lebens Früchte winken euch;
ein Blick nur ist auf mir gesunken,
doch bin ich vor euch allen reich.

UHLAND.

dum tempus rapidum fugerit, ultimo
dum te deficiens lumine videro ;
cum pagus feretrum rore maris meum
rutisque et violae munere luteae
sparget, tum, Lalage, necte mihi, precor,
tum sertum foliis necte cupressinis.

F. M.

Heu miserande Puer.

ATEM illum rapuit mors immatura, sepulcroque
invidere homines, grati pietate laboris :
sed desiderio fervens divinitus aura
desertum celebravit agrum, marcentiaque ossa
frondibus autumni marcente instruxit acervo.
a pulcher iuvenis, non virgo maesta cupressum
votivam inspersit neque flores rore madentes,
solus ubi aeterna sopitus nocte iacebas.
tam dulcem periisse virum fortemque bonumque
debita non socius rupit suspiria vates ;
ille canens idem natus moriensque fefellit.
ut stetit ut flevit ferventes advena cantus
aure bibens, visoque semel, dum praeterit, illo
flagrantes oculorum aestus mirata puella
deperit, et lento ignoti tabescit amore.
nunc teneram longae flammam exstinxere tenebrae,
lumina diriguere, et in ipsa voce laborans
includit taciturna cavo Proserpina saxo.

W. G. C.

Parvo beatus.

UOD det Amor felix nil non habeatis, amati ;
vita suum vobis fuderit omne merum ;
me semel obtutu vidit mea flamma benigno,
ditior at vobis omnibus unus ego.

K.

The Last Man.

LL worldly shapes shall melt in gloom,
the sun himself must die,
before this mortal shall assume
its immortality.
I saw a vision in my sleep,
that gave my spirit strength to sweep
adown the gulf of Time:
I saw the last of human mould
that shall creation's death behold,
as Adam saw her prime.
The sun's eye had a sickly glare,
the earth with age was wan,
the skeletons of nations were
around that lonely man.
some had expired in fight, the brands
still rusted in their bony hands;
in plague and famine some:
earth's cities had no sound nor tread;
and ships were drifting with the dead
to shores where all was dumb.
Yet, prophet-like, that lone one stood
with dauntless words and high,
that shook the sere leaves from the wood,
as if a storm passed by:
saying: 'we are twins in death, proud sun,
thy face is cold, thy race is run,
'tis mercy bids thee go:
for thou ten thousand thousand years
hast seen the tide of human tears,
which shall no longer flow.'

CAMPBELL.

Impavidum ferient ruinae.

TERRESTRE nil non serius ocius
dissolverit nox: aufugiet prius
sol ipse quam mortale sumet
hoc propriam sine morte formam.
inter quietem vidi ego somnium,
quo concitata mente volubilis
demittor aetatum secundo
gurgite: vidi hominem futurum
tellure creti sanguinis ultimum:
mundi ruinas ille tuebitur
quo more mirabatur ortus
Deucalion speciemque primam.
sol deflagrabat lumine lurido;
marcebat aevo terra: superstitem
solumque cingebant iacentum
relliquiae populorum et ossa.
hi marte caesi tum quoque dexteris
ferrum tenebant scabrum adamantinis,
hos morbus infectos famesque
sustulerat. neque vox per urbes
audita vastas nec sonitus pedum;
navesque mutae non sine mortuis
passim ferebantur silentum
litoribus temere affluentes.
at stabat idem solus, at auguris
instar profatus verba minantia;
silvisque decussit caducam
voce comam, quasi flasset Eurus.
'nos cogit ambos una necessitas,
sol magne, leti; te quoque pallidum
cursuque defunctum sub umbras
vox Domini miserantis abdit.
nam fletuum fons lumine sub tuo
per saecla saeclis addita gentibus
manavit ad plenum; sed istas
nunc scatebras Amor ipse claudit.

T. S. E.

The Mourner.

SHE is far from the land where her young hero sleeps,
and lovers are round her sighing:
but coldly she turns from their gaze, and weeps,
for her heart in his grave is lying.
She sings the wild song of her dear native plains,
every note which he loved awaking;—
ah little they think who delight in her strains,
how the heart of the minstrel is breaking.
He had lived for his love, for his country he died,
they were all that to life had entwined him;
nor soon shall the tears of his country be dried,
nor long will his love stay behind him.
Oh make her a grave where the sunbeams rest,
when they promise a glorious morrow;
they will shine o'er her sleep like a smile from the west,
from her own loved island of sorrow.

MOORE.

The Two Voices.

TWO voices are there, one is of the sea,
one of the mountains, each a mighty voice:
in both from age to age thou didst rejoice,
they were thy chosen music, Liberty:
there came a tyrant, and with holy glee
thou fought'st against him, but hast vainly striven:
thou from thy Alpine holds at length art driven,
where not a torrent murmurs heard by thee.
of one deep bliss thine ear hath been bereft,
then cleave, o cleave to that which still is left;
for, high-souled maid, what sorrow would it be
that mountain floods should thunder as before,
and ocean bellow from his rocky shore,
and neither awful voice be heard by thee!

WORDSWORTH.

Certa Mori.

TAT procul a terra, qua tu, puer inclute, dormis,
stat tua sollicitis culta puella procis;
frigida sed flentes oculos avertit, et illuc
mente fugit, carum qua tegit herba caput.
mox patria raptim promit testudine si quae
audierat quondam carmina laetus amans;
nec cupida cernunt inhiantes aure catervae,
quae canit, hanc sensim corde labante mori.
pro patria periit qui vixerat omnis amori,
nil aliud causae, cur superesset, erat.
nec patriae maerore brevi deflebitur heros,
nec mora quin sponsum sponsa sequatur erit.
huic tumulus fiat qua lux monet ultima solis
gloria sit reducis quanta futura dei:
insula per fluctus risisse videbitur illi,
carior aerumnis insula facta suis.

G. A. C. M.

Maria et Montes.

UNT geminae voces, quarum haec maris, illa iugorum,
utraque vox ingens: longum gavisa per aevum,
Libertas, ambabus eras, id amicius omni
carmen. at hostis adest: contra bellare tyrannum,
(et pugnae tibi sanctus amor); sed bella moventur
nequiquam; fugis Alpinis exterrita claustris,
auditusque tibi torrens non murmurat usquam.
auribus una tuis altast extorta voluptas;
quare o, quae superest, huic ambitiosius haere.
nam quantum pigeat, praestanti corde virago,
flumina si montana tonent, si litore, ut olim,
oceanus saxoso immugiat usque, nec aures
vox augusta tuas aut haec aut illa lacessat!

H. A. J. M.

Adonais.

OST Echo sits amid the voiceless mountains,
and feeds her grief with his remembered lay,
and will no more reply to winds or fountains,
or amorous birds perched on the young green spray,
or herdsman's horn, or bell at closing day;
since she can mimic not his lips, more dear
than those for whose disdain she pined away
into a shadow of all sounds:—a drear
murmur between their songs, is all the woodmen hear.
Grief made the young Spring wild, and she threw down
her kindling buds, as if she Autumn were,
or they dead leaves; since her delight is flown,
for whom should she have waked the sullen year?
to Phoebus was not Hyacinth so dear,
nor to himself Narcissus, as to both
thou, Adonais: wan they stand and sere
amid the faint companions of their youth,
with dew all turned to tears, odour to sighing ruth.

SHELLEY.

Task-work.

EVEREND SIR,

You are requested to attend a Meeting of the Bridge Committee on Saturday the 2nd of November at 12 o'Clock, to consider Mr. Diffles's proposal for laying down gas-pipes.

We are,

Rev. Sir,

Your obedient Servants,

SMITH AND SONS,

Solicitors.

Urges flebilibus modis.

Ἃ δ' ἐπ' ἀναυδάτοισιν ἀλωμένα ὤρεσιν Ἀχὼ
πένθος ἀειμνάστοις βουκολέει μέλεσιν,
οὔποκ' ἂν αὖτ' ἀνέμως, οὐ πίδακας, οὐδ' ἐπὶ χλωραῖς
φυλλάσιν οἰωνῶν τὸν φιλέρωτα χορόν,
οὐδ' ἄρα τὸν βούταν ἔτι δειελινὸν μέλποντα
φθέγμασιν ἀντῳδοῖς αὖτις ἀμειψαμένα·
οὐ γάρ που δύναται τὸ φίλον στόμα μιμήσασθαι
καὶ τήνω γλύκιον, τῷ ποκ' ἀτιζομένα
τάκετο, φωνάντων μελέα σκιά· ἃς ἐπ' ἀοιδαῖς
νῦν μινύρισμ' αὖτως ἔρχεται ὑλοτόμοις.
χεῦαν δ' εἰαρινὰς κάλυκας δι' ἔρωτα μανεῖσαι
ὡς μετόπωρα χαμαὶ κάρφε' Ἀμαδρυάδες·
τῷ γάρ, ἐπεί σφιν ὄλωλε τὸ πᾶν γλυκύ, τῷ γε μελοίσας
τὰν κρυερὰν ὥραν χρῆν' ἀνεγειρέμεναι;
οὐ μὰν τὼπόλλωνι τόσον φίλος ἦς Ὑάκινθος,
οὐ Νάρκισσος ἔᾶς ἤρατο καλλοσύνας,
ὔσσον καὶ τύγα, Δάφνι, ποκ' ἀμφοτέροις πεφίλησαι·
τοί γε μεθ' ἅλιξιν τοῖσι μαραινομένοις
ὠχροὶ ἀλύουσιν, μεταμειψάμενοι μὲν ἔερσαν
δάκρυσι, τὰν δ' ὀδμὰν οἰκτρογόῳ στοναχᾷ.

R. D. A. H.

Χαλεπὰ τὰ μὴ καλά.

CONSILIO bonus intersis de ponte rogamus
Saturni sancto, vir reverende, die.
ante diem quartum Nonas erit ille Novembres,
sextaque delectos convocat hora viros.
carbonum luci suadet struxisse canales
Diphilus: ambigitur prosit an obsit opus.
haec tibi devincti Fabri, natique paterque,
actores socii, vir reverende, dabant.

K.

The Daisy.

HERE is a flower, a little flower,
with silver crest and golden eye,
that welcomes every changing hour,
and weathers every sky.
the prouder beauties of the field
in gay but quick succession shine,
race after race their honours yield,
they flourish and decline.
But this small flower, to Nature dear,
while moons and stars their courses run,
wreathes the whole circle of the year.
companion of the sun.
it smiles upon the lap of May,
to sultry August spreads its charms,
lights pale October on his way,
and twines December's arms.
The purple heath and golden broom
on moory mountains catch the gale;
o'er lawns the lily sheds perfume,
the violet in the vale.
but this bold flow'ret climbs the hill,
hides in the forest, haunts the glen,
plays on the margin of the rill,
peeps round the fox's den.
Within the garden's cultured round
it shares the sweet carnation's bed;
and blooms on consecrated ground
in honour of the dead.
the lambkin crops its crimson gem,
the wild bee murmurs on its breast,
the blue-fly bends its pensile stem
light o'er the skylark's nest.

Inest sua gratia parvis.

PARVULUS in pratis flos est: nitor ardet ocelli
aureus, argento purior albet apex:
ille vices horae dubias cuiusque salutat,
aspectumque omnem scit tolerare Iovis.
quae risu decorat laetante superbior agrum,
florea gens celeri fulget abitque vice:
stirps sequitur stirpem, flos flori fortior instat,
quique in honore fuit nunc sine honore iacet.
attamen haec florum Matri dilecta propago,
Cynthia dum cursum volvit et astra manent,
innectit foliis anni revolubilis orbem,
et comes it rapidae solis ubique fugae.
in gremio ridet Maii sincera voluptas,
explicat Augusti sole calente decus:
non alia Octobri lampas praelucet eunti,
non alia cingi fronde December amat.
montibus in vastis vaga flamina captet ericae
purpura, et auratis lenta genista comis;
pascua odorato conspergant lilia flatu,
et violam suavem concava vallis alat;
flosculus hic audax colles ascendit, opaco
conditur in saltu, tesqua reducta tenet,
ludit ad inclusum praetexto margine rivum,
vulpis et effossum stat vigil ante larem.
qua cultura novis vestit splendoribus hortos,
non alia, fragrans ac rosa, parte viget:
gaudet et inferiis sanctos decorare recessus
simplicibus, morti ne suus absit honos.
puniceum teneris calycem depascitur agna
dentibus; in gremio fulva susurrat apis;
musca laborantem gracili sub pondere culmum
flectit, ubi parvam finxit alauda domum.

'Tis Flora's page: in every place,
in every season, fresh and fair,
it opens with perennial grace,
and blossoms everywhere.
on waste and woodland, rock and plain,
its humble buds unheeded rise:
the rose has but a summer-reign;
the daisy never dies.

J. MONTGOMERY.

Milton.

ILTON! thou shouldst be living at this hour;
England hath need of thee; she is a fen
of stagnant waters; altar, sword, and pen,
fireside, the heroic wealth of hall and bower,
have forfeited their ancient English dower
of inward happiness. we are selfish men:
oh raise us up, return to us again,
and give us manners, virtue, freedom, power.
thy soul was like a star, and dwelt apart;
thou hadst a voice whose sound was like the sea;
pure as the naked heavens, majestic, free.
so didst thou travel on life's common way
in cheerful godliness; and yet thy heart
the lowliest duties on herself did lay.

WORDSWORTH.

gemma deae famulata suae, quocumque sub axe,
quolibet innascens pulchra recensque solo,
pandit inexhaustos anno redeunte nitores:
exigua nusquam rus sine belle viret.
per scopulos solumque nemus perque aequora campi
illa levat tenerum vix bene visa caput:
non nisi in aestivo regnat rosa lumine solis:
bellis habet domita morte perenne decus.

G. D.

Heu Pietas, heu prisca Fides.

MILTUNE, vellem nunc quoque viveres:
te nostra, te nunc postulat Anglia:
quae, more coenosae paludis,
stagnat iners. sine castitate
quid ara et ensis, pluma, focus, valent?
quo fugit aulae gloria? quo casae
pax alma? cur priscae quietis
dote carent patrii penates?
gens prava nobis consulimus. redi et
dilapsa prudens saecla redintegra:
da clara libertas, pudici
da redeant sine labe mores,
et vera virtus firmaque viribus
iustis potestas. mens tua lumine
fulgebat, ut sidus, remoto;
vox tua, ceu pelagi, sonabat:
stabas aperto purior aethere,
peiusque leto servitium timens,
sincera maiestas, Deique
muneribus modicis fruentem
tutum per omnes te pietas tua
traduxit annos. nec tamen immemor
quid cuique deberes, amabas
officiis minimis vacare.

K.

The Sleeping Love.

AS late each flower that sweetest blows
I plucked, the garden's pride,
within the petals of a rose
a sleeping Love I spied;
around his brows a beamy wreath
of many a lucent hue;
all purple glowed his cheek beneath
inebriate with dew.
I softly seized the unguarded Power
nor scared his balmy rest;
and placed him, caged within the flower,
on spotless Sara's breast.
but when, unweeting of the guile,
awoke the prisoner sweet,
he struggled to escape awhile,
and stamped his faery feet.
Ah, soon the soul-entrancing sight
subdued the impatient boy;
he gazed, he thrilled with deep delight,
then clapped his wings for joy.
and 'oh,' he cried, 'of magic kind
what charms this throne endear!
some other Love let Venus find,
I'll fix my empire here.'

COLERIDGE.

Δεσμὸν ἄδεσμον ἔχων.

Ἁπαλὸν λόχευμα κήπου,
ὅσα φύεται γλύκιστα
ἔδρεπον μὲν ἐχθὲς ἄνθη·
πετάλων δ' ἔσωθεν εἶδον
ῥοδινῶν ὑπνῶντ' Ἔρωτα.
κροτάφοις μὲν ἀμφιπλέξας
στεφανίσκον εἶχε καλόν,
πολυδαίδαλον, φαεινόν·
ὑποπόρφυρος δ' ὑπ' αὐτῷ
ἀλέαινεν ἡ παρεία
γεγανυμένη δρόσοισι.
χερὶ δ' αὖτ' ἔγωγε κούφῃ
ἀφύλακτον ὦδ' ἔμαρψα,
κατὰ μὲν σχίσαι φυλάξας
μελιτουμένους ὀνείρους,
ἐνὶ δ' ἀμβρότοισι κόλποις
κατέθηκ' ἐμῆς Κορίννης.
ὅτε δ', οὐ δόλον συνειδώς,
ἀνεγείρεθ' οὐπιχαρτός,
ἐθέλων τότ' ἐκλυθῆναι
περιεστράφη τὸ πρῶτον,
χαλέπαινέ τ', ἐμπαλαχθείς,
χλιδανοσφύροις ποδίσκοις·
μάλα δ' ὦκα παιδὸς ἦτορ
κεχαρισμένον θέαμα
παρέθελξεν ἀσχαλῶντος·
τὸ δ' ἄρ' ὡς ἴδ', ὡς ἀνέπτη
ὑπὸ χαρμονῆς βαθείας,
πτέρυγας δ' ἔσεισ' ἰανθείς·
τίσι γὰρ τέχναισι, φησί,
τόδ' ἐπηράτων ἐπῳδῶν
καταγώγιόν με σαίνει;
σὺ δ' Ἔρωτα δή τιν' ἄλλον
Κύπρι, λοιπὸν ἂν μετέλθοις,
ὅδ' ἐγὼ γὰρ ἐνθάδ' ἄρξω.

J. R.

The Power of Love.

THE winds are high on Helle's wave,
as on that night of stormy water,
when Love, who sent, forgot to save
the young, the beautiful, the brave,
the lonely hope of Sestos' daughter.
oh, when at night along the sky
her turret-torch was blazing high,
though rising gale and breaking foam
and shrieking sea-birds warned him home,
and clouds aloft and tides below,
with signs and sounds, forbade to go,
he could not see, he would not hear
or sound or sign foreboding fear;
his eye but saw that light of love,
the only star it hailed above;
his ear but rang with Hero's song,
'ye waves, divide not lovers long.'
that tale is old, but love anew
may nerve young hearts to prove as true.

LORD BYRON.

Swans and Songsters.

SWANS sing before they die:—'twere no bad thing
if certain folk would die before they sing.

COLERIDGE.

Leander et Hero.

URA super fluctus Helles furit acris, ut illa
nocte procellosas saeviit inter aquas,
misit ubi iuvenem, quamvis servare per undas
quem iuvenem misit non meminisset amor.
et tamen ille annis formaque animisque vigebat,
spes desolatae Sestidos una nurûs.
o ubi de turri flagrabat in aethera noctu
taeda puellaris, saeviat aura licet,
spumescat licet unda salo, volucresque marinae
raucisonis iubeant questibus ire domum,
desuper et nubes, infra licet aestus aquarum
mille vetet signis pergere, mille sonis,
nec spectare potest nec vult audire sonosve
signave venturos vaticinata metus,
nil oculis usquam nisi fax ea lucet amoris,
stellarum supero cognita sola polo,
non nisi vox Herus tonat auribus, 'unda, fideles
invida nolito dissociare diu'.
quod memoro vetus est, sed amor iuvenalia forsan
roboret ad talem nunc quoque corda fidem.

H. A. J. M.

Mutatis Mutandis.

ANTARE cygnos ante moriendum ferunt;
sunt quos velimus ante cantandum mori.

K.

Evening.

T is the hour when from the boughs
the nightingale's high note is heard;
it is the hour when lover's vows
seem sweet in every whispered word:
and gentle winds and waters near
make music to the lonely ear.
each flower the dews have lightly wet
and in the sky the stars are met,
and on the wave is deeper blue,
and on the leaf a browner hue,
and in the heaven that clear obscure,
so softly dark, and darkly pure,
which follows the decline of day,
as twilight melts beneath the moon away.

LORD BYRON.

Parisina.

UT it is not to list to the waterfall,
that Parisina leaves her hall,
and it is not to gaze on the heavenly light
that the lady walks in the shadow of night;
and if she sits in Este's bower,
'tis not for the sake of its full-blown flower.
she listens—but not for the nightingale,
though her ear expects as soft a tale.
there glides a step through the foliage thick,
and her cheek grows pale, and her heart beats quick.
there whispers a voice through the rustling leaves,
and her blush returns, and her bosom heaves.
a moment more, and they shall meet,
'tis past—her lover is at her feet.

LORD BYRON.

Venit Hesperus.

AM tempus est quo flebilis per arbores
philomela clara voce mulcet aethera.
iam tempus est quo suaviter silentium
rumpunt amantes mollibus suspiriis,
auraeque lenes proximusque fons aquae
fundunt canoros auribus vagis modos.
nunc irrigatur quisque rore flosculus,
nunc astra convenere per caeli vias:
gliscit per altum caerulus splendor mare,
superque silvas crescit umbra nigrior,
cernique visa vel per obscurum poli
lux inter almas purior caligines,
qualis cadentis occupat solis vicem,
cum luna noctis dissipat crepuscula,

H. J. H.

Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis?

T non egreditur foribus Parisina superbis
audiat ut strepitum desilientis aquae;
nec vaga nigrantes regina perambulat umbras
aurea nocturni spectet ut astra chori:
sive sedet mediis umbrosae in floribus Estae,
non est expliciti germinis illud opus;
exspectatque sonos et dulcia murmura quamquam,
non desiderio vox, Philomela, tuast.
pes novus e spissa foliorum allabitur umbra,
inque sinu tremor est palluerunt que genae;
iamque novum repetunt virgulta sonantia murmur,
inque genis rubor est intumuitque sinus.
convenient, breve momentum modo fugerit, ambo:
fugit: amantis amans sternitur ante pedes.

H. T.

The Battle of Hohenlinden.

N Linden, when the sun was low,
all bloodless lay th' untrodden snow,
and dark as winter was the flow
of Iser, rolling rapidly.
but Linden saw another sight
when the drum beat at dead of night,
commanding fires of death to light
the darkness of her scenery.
by torch and trumpet fast arrayed
each horseman drew his battle-blade,
and furious every charger neighed
to join the dreadful revelry.
then shook the hills with thunder riven,
then rushed the steed to battle driven,
and louder than the bolts of heaven
far flashed the red artillery.
but redder yet that light shall glow
on Linden's hills of stained snow,
and bloodier yet the torrent flow
of Iser, rolling rapidly.
'tis morn, but scarce yon level sun
can pierce the war-clouds rolling dun,
where furious Frank and fiery Hun
shout in their sulph'rous canopy.
the combat deepens. on, ye brave,
who rush to glory, or the grave!
wave, Munich, all thy banners wave,
and charge with all thy chivalry!
few, few shall part where many meet;
the snow shall be their winding-sheet,
and every turf beneath their feet
shall be a soldier's sepulchre.

CAMPBELL.

Fervet opus.

ANUM incruenta stabat adhuc nive,
vergente Phoebo, Lindinium nemus,
brumaeque caligantis instar
ibat agens celer amnis undas
per tesqua. sed nox mutat imaginem,
cum tympanorum provocat acrium
clangor per illunes recessus
letiferas radiare flammas;
cum signa taedarum et strepitum ad tubae
bellator ensem stringit aëneum,
hinnitque vaesanum ferocis
orgia avens quadrupes Gradivi.
tum mons tremiscit, tum sonipes ruit
in bella praeceps, et face clarior
scindente nimborum tumultus
rubra procul tonat ira pugnae.
sed lux micabit rubrior in nive
contaminata per iuga collium,
auctusque volvetur fluentis
sanguineis violentus amnis.
mane est: supina vix penetrat face
sol iste belli nubila luridi,
qua Gallus amens, qua sub umbris
sulpureis fremit acer Hunnus.
ite, ite (gliscunt proelia), quîs decus
debetur aut mors: nunc tua, Noricum,
nunc signa succurrant, et hosti
fervida equos equitesque virtus
immittat. heu quot pars quota militum
sospes redibit? funerea teget
nix veste caesos, et sepulti
quisque viri premet ossa caespes.

W. F.

Jupiter and Prometheus.

UT he refused
the birthright of their being, knowledge, power.
the skill that wields the elements, the thought
which pierces this dim universe like light,
self-empire, and the majesty of love;
for thirst of which they fainted. then Prometheus
gave wisdom, which is strength, to Jupiter,
and with this law alone, 'let man be free,'
clothed him with the dominion of wide heaven.
to know nor love nor faith nor law, to be
omnipotent but friendless, is to reign;
and Jove now reigned; for on the race of man
first famine, and then toil, and then disease,
strife, wounds, and ghastly death unseen before,
fell; and the unseasonable seasons drove,
with alternating shafts of frost and fire,
their shelterless pale tribes to mountain caves:
and in their desert hearts fierce wants he sent,
and mad disquietudes, and shadows idle
of unreal good, which levied mutual war,
so ruining the lair wherein they raged.

SHELLEY.

Schicksal.

Ja, Schickſal, ich verſtehe dich:
mein Glück iſt nicht von dieſer Welt,
es blüht im Traum der Dichtung nur.
du ſendeſt mir der Schmerzen viel,
und gibſt für jedes Leid ein Lied.

UHLAND.

Ζεὺς ἰδίοις νόμοις κρατύνων.

Ἀλλ' ἐγγενῆ βροτοῖσιν ἐφθόνει γέρα,
μάθησιν, ἰσχύν, παντὸς ἀψύχου κρατοῦν
ψυχῆς μέλημα τῷ τε παγκοίνῳ σκότῳ
σελασφόρον νόησιν· οὐδ' αὑτῶν κράτος
ἔδωκεν οὐδ' ἔρωτος αἰδοῖον σέβας·
οἱ δ' ἔφθινον διψῶντες ἱμέρῳ φρενῶν.
εἶτ' οὖν Προμηθεὺς Ζηνὶ τεχνῖτιν σθένους
φρόνησιν ὤπασ', οὐρανοῦ δ' ἀτέρμονος
ἀρχῇ νιν ἐξώγκωσε, τόνδε δὴ μόνον
θεσμὸν προσάψας, ὥστ' ἐλευθεροῦν βροτούς.
εἴθ' ὅστις αἰδοῦς καὶ δίκης νόμου τ' ἄτερ
πάντων κράτιστος κἄφιλος πάντων κυρεῖ,
ἄρχει γ' ὅδ' ἤδη· Ζεὺς ἄρ' ἦν ἄρχων τότε.
πρῶτον γὰρ εἰσέπιπτεν ἀνθρώπων γένει
λιμός, πόνοι δ' ἔπειτα καὶ νοσήματα·
διχοστατοῦντας τραύμαθ' αἱματορραγῆ
ποταίνιαί τέ σφ' ἐξανήλισκον φθοραί·
ὧραί τ' ἄωροι καῦμ' ἀμείβουσαι πάγου
βολαῖς δυσαύλοις ἦγον εἰς ὀρεστέρας
σπήλυγγας ὠχρὰν κἄπολιν πανήγυριν.
ἔσω δ' ἐρήμων ἀγρίας κατῴκισε
στέρνων ἀνάγκας ἐμμανῆ τ' οἰστρήματα
δόξας τ' ἀκράντους κερδέων ψευδωνύμων·
τὰ δ' ἀντιοστατοῦντα θηρίων δίκην
διεσπάρασσεν αἷς ἐφώλευεν φρεσί.

R. D. A. H.

Δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.

AM scio quid moneas: perierunt gaudia mundi;
somnia Pieridum sola fruenda manent.
milia tot mihi das, o Fors male fausta, dolorum:
sed cum quoque malo das bene fausta melos.

K.

The Daughter, the devoted!

INCE our country, our God, O my sire,
demand that thy daughter expire;
since thy triumph was bought by thy vow,
strike the bosom that's bared for thee now.
And the voice of my mourning is o'er,
and the mountains behold me no more:
if the hand that I love lay me low,
there cannot be pain in the blow.
And of this, O my father, be sure,—
that the blood of thy child is as pure
as the blessing I beg ere it flow,
and the last thought that soothes me below.
When the virgins of Salem lament,
be the judge and the hero unbent:
I have won the great battle for thee,
and my father and country are free.
When this blood of thy giving hath gushed,
when the voice that thou lovest is hushed,
let my memory still be thy pride,
and forget not I smiled as I died.

LORD BYRON.

An Sie.

HINE eye is not the heaven's own blue,
thy mouth is not the very rose,
thy breast and arms not lilies true.
o wondrous spring, when such as those
were lilies all the vale perfuming,
and roses on the hill-side blooming,
and o'er them skies as clearly bright
expanding, as thine eye's blue light!

K. *from* UHLAND.

Mactatu Parentis.

UM patria, O genitor, cum numen postulet ipsum
tingat ut Isacios nata cruore focos:
cumque tuo fuerit voto laus empta triumphi,
nunc tibi nudatum perge ferire sinum.
virgineae cessat munus sollemne querellae;
nec patrii montes me, velut ante, vident.
si dilecta parat generosum dextera letum,
quid nimii vulnus tale doloris habet?
hoc tibi pro certo stet in ima mente repostum:
tam purum venis flumen inesse meis
quam spes, in leto quae me solantur, et istae
concipies pro me quas moriente preces.
progeniem Solymaea tuam sine naenia ploret,
naenia virgineis rite sonanda choris;
tu tamen immotus iudex herosque maneto;
non ego sum lacrimis dedecoranda tuis,
per quam parta tibi magni victoria belli,
fregit et indignum terra paterna iugum.
cum vitam abstuleris, quam tu, pater, ipse dedisti,
et mea sub gelida lingua tacebit humo,
natae semper ovans itera praeconia, meque
trade renidentem colla dedisse neci.

G. J. K.

Ad Miram.

ON caeli tuus instar est ocellus;
non instar tua labra sunt rosarum;
non sunt lilia pectus ac lacerti.
o vis illa serenitasque veris,
quod vestire rosisque liliisque
posset talibus invidenda rura;
cui tam splendidus immineret aether
quam lux caerulei tua illa ocelli!

K.

The idle Shepherd Boys.

HE valley rings with mirth and joy;
among the hills the echoes play
a never, never-ending song,
to welcome in the May.
the Magpie chatters with delight;
the mountain Raven's youngling brood
have left the mother and the nest;
and they go rambling east and west
in search of their own food;
or through the glittering vapours dart
in very wantonness of heart.
Beneath a rock, upon the grass,
two Boys are sitting in the sun;
boys that have had no work to do,
or work that now is done.
on pipes of sycamore they play
the fragments of a Christmas hymn;
or with that plant which in our dale
we call Stag-horn, or Fox's Tail,
their rusty hats they trim:
and thus, as happy as the day,
those Shepherds wear the time away.

WORDSWORTH.

Garlands.

OR me no roseate garlands twine,
but wear them, dearest, in my stead;
time hath a whiter hand than thine,
and lays it on my head.
enough to know thy place on earth
is there where roses latest die;
to know the steps of youth and mirth
are thine, that pass me by.

SIR H. TAYLOR.

Νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ.

PER vallem resonant leves cachinni;
clivorum strepitus imaginesque
iugem perpetuumque dant canorem,
qui Maio Zephyrisque gratuletur.
vernat gutture pipilante parra;
corvi monticolae novella proles
matrem deseruere nidulumque,
palanturque foras modo huc modo illuc
diversi sibi quisque pabulantes;
aut nubem in liquidam dedere saltum
ultro laetitiaque gestienti.
en qua rupe sub imminente bini
aprica pueri sedent in herba:
illis si quid erat negotiorum
securis animo excidit, vel actumst.
inspirant cava buxa, saecularis
quidquid carminis affluit canentes;
aut, quae vallibus audit herba nostris
cervi cornua seu lupina cauda,
nectunt inde quod ornet obsoletos
sertum pileolos. ad hunc tenorem,
ut caelum sine nube, sic sereni
pastores temere otiantur isti.

T. S. E.

Aliena mitte.

PARCE mihi, virgo, roseas properare corollas,
munera quae fronti sint magis apta tuae.
aetatemne vides caput hoc contingere? palma
vel tua prae tali candida palma minus.
sat mihi, terrarum quacumque habitaveris ora,
parcat hiemps serae serior ipsa rosae:
cumque iocus praeter me fugerit atque iuventas,
agnoscam gressus, sat mihi, signa tui.

W. G. C.

The Beech-tree's Petition.

H, leave this barren spot to me,
spare, woodman, spare the beechen tree.
though bush or floweret never grow
my dark unwarming shade below,
nor summer-bud perfume the dew
of rosy blush or yellow hue;
nor fruits of autumn, blossom-born,
my green and glossy leaves adorn,
nor murmuring tribes from me derive
the ambrosial amber of the hive,
yet leave this barren spot to me,
spare, woodman, spare the beechen tree.
thrice twenty summers I have seen
the sky grow bright, the forest green;
and many a wintry wind have stood
in bloomless, fruitless solitude,
since childhood in my pleasant bower
first spent its sweet and festive hour,
since youthful lovers in my shade
their vows of truth and rapture made,
and on my trunk's surviving frame
carved many a long-forgotten name.
oh, by the sighs of gentle sound
first breathed upon this sacred ground,
by all that love has whispered here
or beauty heard with ravished ear,
as Love's own altar honour me,
spare, woodman, spare the beechen tree.

CAMPBELL.

A Despatch.

HOUGH victory refused our arms to bless,
we ran away with wonderful success.

A.

Stat sacra Senectae numine.

HOS, precor, hos saltem steriles mihi linque recessus;
laedere fagineas, rustice, parce comas.
flore licet numquam tenerave arriserit herba
frigida quae nostris frondibus horret humus;
nec roseo ridens luxu croceive coloris
roscidus aestivo fragret odore calyx;
si neque sub foliis anno fugiente relictis
edita de tenero germine poma rubent,
nec mea mussanti promittunt bracchia turbae
nectareas, cellis quae cumulentur, opes:
hos tamen, hos saltem steriles mihi linque recessus;
laedere fagineas, rustice, parce comas.
iam deciens senos video redeunte per annos
sole nitere polum, fronde virere nemus,
innumerasque hiemis vento bacchante procellas
floribus et fructu despoliata fero,
ex quo prima mea lusit sub fronde iuventus,
struxit et innocuos parvula turba choros,
umbraque dilecta puerum cum virgine texit,
mutua qui laeta pignora mente darent,
et memori interdum trunco servanda notarent
nomina, quae longa iam periere die.
o ego blanda precor per te suspiria et omnes,
conscia quîs fuerunt haec loca sancta, sonos,
vota per hic laetis totiens audita puellis,
quaeque susurravit verba fidelis amor,
me precor ut sanctam venerere Cupidinis aram;
laedere fagineas, rustice, parce comas.

E. G. H.

Simul lux Alma datast exire.

DEFUERIT nostris armis victoria, livor
successisse tamen non neget ipse fugam.

S. A.

The Luxury of Tears.

SNATCHED away in beauty's bloom,
on thee shall press no ponderous tomb;
but on thy turf shall roses rear
their leaves, the earliest of the year,
and the wild cypress wave in tender gloom.
And oft by yon blue gushing stream
shall Sorrow lean her drooping head,
and feed deep thought with many a dream,
and lingering pause and lightly tread,
fond wretch, as if her step disturbed the dead.
Away! we know that tears are vain,
that death nor heeds nor hears distress:—
will this unteach us to complain,
or make one mourner weep the less?
and thou, who tell'st me to forget,
alas! thy looks are wan, thine eyes are wet.

LORD BYRON.

The Dream of Life.

FAIR is her cottage in its place,
where yon broad water sweetly, slowly glides:
it sees itself from thatch to base
dream in the sliding tides.
Ah fairer she, but ah, how soon to die!
her quiet dream of life this hour may cease;
her peaceful being slowly passes by
to some more perfect peace.

LORD TENNYSON.

The Perilous Pleasure.

DRAUGHTS of joy I daily drink
from the lovely Chloe's eyes;—
Sport not, friend, on peril's brink:
in that cup Love's poison lies.

S. A.

Δάκρυα χαρμονὴν ἔχει.

RAPTA in ipso flore pulchritudinis,
te non sepulcri pondus ignavum premet;
tuum sed usque caespitem teget rosa
primigena veris; hic tremet silvestribus
umbris cupressus, nigra sed mollis tamen:
et caerulos acclinis ad fontes aquae
hic somniabit ore demisso Dolor,
desiderique pascet angorem sui;
vixque immoranti caespitem premet pede
frustra: sepultos ille non turbat gradus.
at at querellae parce; nil fletus valent,
nec curat atra mors neque exaudit preces.
esto: quis inde dedocebitur queri?
unone flentum turba sic fiet minor?
ipsi, malorum cui placent oblivia,
tibi ora pallent, fletibus madent genae.

H. J. H.

Requiescat in pace.

PULCHRA suam sedem Norae casa possidet illic
flumen ubi larga suave moratur aqua.
se videt in levi speculo, cum limine culmen,
ceu foret in miro visa sopore, domus.
pulchrior heu virgo: sed lentae somnia vitae
quis scit an hoc illi sint abitura die?
pacis amans vixit, nova sensim tecta petentem
purior in vita pax meliore manet.

G. T. H.

Dulce Periculum.

Τέρπεται ἀμβροσίῃ τὸ φίλον μοι γηθοσύνῃ κῆρ
τῶ δύο τῆς καλῆς ὄμματ' ἰδόντι Χλόης.
ἆ, φίλε, μὴ τερπνὸν θάρρει κίνδυνον· Ἔρως γὰρ
ὄμμασι τοιούτοις δεινὸς ἔπεστι φύλαξ.

W. B. T. J.

The Dying Patriot.

HEN he who adores thee has left but the name
of his fault and his sorrow behind,
o say wilt thou weep when they darken the fame
of a life that for thee was resigned?
yes, weep; and, however my foes may condemn,
thy tears shall efface the decree;
for heaven can witness, though guilty to them,
I have been but too faithful to thee.
with thee were the dreams of my earliest love,
every thought of my reason was thine:
in my last humble prayer to the Spirit above
thy name shall be mingled with mine.
o blest are the lovers and friends who shall live
the days of thy glory to see;
but the next dearest blessing that heaven can give,
is the pride of thus dying for thee.

MOORE.

Beauty from the Light retired.

HE dwelt among the untrodden ways
beside the springs of Dove,
a maid whom there were none to praise,
and very few to love.
a violet by a mossy stone
half-hidden from the eye,
fair as a star when only one
is shining in the sky,
she lived unknown, and few could know
when Lucy ceased to be;
but she is in her grave, and oh!
the difference to me.

WORDSWORTH.

Non timidus perire.

CUM culpae titulos et fati praeter acerbi
nil tibi legarit tam bene fidus amans,
meque malae carpent linguae, tu flebis, Ierne?
dicar enim pro te non timuisse mori.
flebis; et intulerint crimen quodcumque maligni,
delebunt lacrimae turpia verba tuae;
testor enim caelum, quamvis obnoxius illis,
te tantum nimia credar amasse fide.
te solam, te prima meae coluere iuventae
somnia; tota tui mens mea iuris erat:
inque meis mecum tu commendabere votis,
cum Deus extrema voce precandus erit.
felices animae, tulerit quas serior aetas,
cum tuus illustri lumine surget honos;
praemia post illos mihi cedunt altera, pro te
nobile cui fuerit sic periisse decus.

J. G. L.

Fallentis semita vitae.

Οἵμοις ἐν ἀστιβήτοις
κρήνῃσι πὰρ Πελείης
κούρη τις ἦν, παρῴκει δ'
ἐπαινέσων μὲν οὐδεὶς
παῦροι δέ μιν φιλοῦντες.
ἴον γὰρ ὡς φανέν τι
πέτρης ὑπὲκ μελαίνης,
καλή θ' ὅπως τις ἀστὴρ
μόνος φλέγων δι' αἴθρης,
ἔζη βίον λαθραῖον,
παῦροι δ' ἐπῃσθάνοντο
τῆς παρθένου θανούσης.
καὶ τὴν μὲν εἶλε τύμβος,
ἐμοὶ δ' ὅσον λέλοιπεν
αἰ αἰ πόθον τίς οἶδεν;

K.

To the Cuckoo.

BLITHE new-comer, I have heard,
I hear thee, and rejoice:
o Cuckoo, shall I call thee bird,
or but a wandering voice?
while I am lying on the grass,
thy two-fold shout I hear;
from hill to hill it seems to pass,
at once far off and near.
though babbling only to the vale
of sunshine and of flowers,
thou bringest unto me a tale
of visionary hours.
thrice welcome, darling of the spring;
e'en yet thou art to me
no bird, but an invisible thing,
a voice, a mystery:
the same whom in my schoolboy days
I listened to; that cry
which made me look a thousand ways,
in bush and tree and sky.
to seek thee I did often rove
through woods and on the green;
and thou wert still a hope, a love,
still looked for, never seen.
and I can listen to thee yet,
can lie upon the plain
and listen, till I do beget
that golden time again.
o blessed bird, the earth we pace
again appears to be
an unsubstantial fairy place,
that is fit home for thee.

WORDSWORTH.

Ad Cuculum.

AETA mihi laeto canis, advena, sive quis ales,
seu vaga vox audis, note cucule diu.
quam mihi, dum recubo, bifidam vehit aura loquellam
nunc prope per colles, nunc procul, ire putem.
si valli Phoebumque crepas Floramque renasci,
me vetus ut puerum luserit hora, mones.
deliciae ter veris have; nunc rursus, ut olim,
non avis appares, vox modo mira lates;
vox ea, quae resonans oculos eludere norat
per folia et dumos aetheriumque polum:
tunc etenim siluas scrutanti et pascua saepe
seu quis amor, seu spes, non mihi visus eras:
nunc quoque, cum sternor campestri lentus in herba,
vocibus auscultans, ales amate, tuis,
aurea redduntur mihi tempora, nostraque rursus
Elysium tellus fit, domus apta tibi.

W. G. W.

Epigram on Sir Isaac Pennington, M.D.

OR female ills when Pennington indites,
not minding what, but only how, he writes,
the ladies, while the graceful form they scan,
cry with ill-omened rapture, 'killing man!'

Ascribed to BISHOP MANSEL.

Medici Pellacia.

UM se medentem feminis offert Matho,
incuriosus admodum quid imperet,
ut eleganter scribat attentissimus,
formae intuentes illius pellaciam
male ominato gaudio raptae fremunt
omnes 'perimus hoc medente' feminae.

K.

The Tyrant's Recompence.

VIL minds
change good to their own nature. I gave all
he has; and in return he chains me here,
years, ages, night and day; whether the sun
split my parched skin, or in the moony night
the crystal-wingèd snow cling round my hair;
whilst my belovèd race is trampled down
by his thought-executing ministers.
such is the Tyrant's recompense. 'tis just;
he who is evil can receive no good,
and for a world bestowed or a friend lost
he can feel hate, fear, shame; not gratitude.
he but requites me for his own misdeed.
kindness to such is keen reproach, which breaks
with bitter stings the light sleep of Revenge.

SHELLEY.

Wanderer's Nachtlied.

ENTLE Peace, whose wand of power
lulls to slumber woe and pain,
in affliction's sternest hour
thou canst soothe the wildered brain.
here I wander, tempest-driven,
seeking comfort, seeking rest;
child of Heaven,
glide, o glide into my breast.

K. *from* GOETHE.

The Favour of the Muse.

ITH the Philistine dies his fame: but all
thy lovers, loved of thee,
o heavenly Muse, thy gentle voice doth call
unto thy Mother's knee.

From SCHILLER.

Ἀμοιβὴ τυραννική.

ΠΡ. Κακῶς κακή τοι τἀγαθὸν κακοῖ φύσις.
ἐγὼ γὰρ αὐτῷ πάνθ', ὅσ' ἔστιν, ὤπασα·
κἄπειτά μ' ὧδ' ἐς τὸν δι' αἰῶνος χρόνον
νύκτας τε πασσαλευτὸν ἡμέρας τ' ἔχει,
εἴτε σταθευτὸν ἥλιος σχίζει χρόα,
εἰτ' ἀστερωποῦ νυκτὸς ἐν καταστάσει
κρυσταλλόπηκτος ἀμπέχει κόμην νιφάς.
καὶ λαξπατοῦσι δὴ τὸ φίλτατον γένος
κείνου 'κτελοῦντες ἄγγελοι βουλεύματα.
τοιάσδ' ἀμοιβὰς ἐνδίκως ἐπηυρόμην
ἐκ τοῦ τυράννου· τίς γὰρ ἂν κακὸς γεγὼς
χρηστόν τι κερδάνει' ἄν; ἀλλ' ἀρχῆς τυχὼν
φίλου στιρείς τ' ἔχθραν μὲν αἰσχύνην τε καὶ
φόβον, χάριν δ' ἂν οὐκ ἂν εἰδείη ποτέ.
οὐδὲν γὰρ ἄλλο πλὴν ἔμ' ἀνταμείβεται
ὧν αὐτὸς ἀδικεῖ· τοῖς τοιούτοισιν χάρις
ὄνειδος αὐτόθηκτον, ἐκκινοῦν ὕπνου
ἀΰπνου πικροῖσι δήγμασιν τιμωρίαν.

J. R. W.

Quies.

AELI progenies, malas
delenire potens sollicitudines,
et quo mens magis angitur
maiorem miseris semper opem ferens,
me tot respice taediis
fessum: quid faciunt omnia luctubus
alternantia gaudia?
o subrepe meo, grata Quies, sinu.

K.

Musis amicus.

AMA Philistaeis moritur; tibi Musa, sacratos
amas vocare Matris in tuae sinum.

S. A.

The Destruction of Sennacherib.

THE Assyrian came down like the wolf on the fold,
and his cohorts were gleaming in purple and gold,
and the sheen of their spears was like stars on the sea,
where the blue wave rolls nightly on deep Galilee.
Like the leaves of the forest when summer is green,
that host with their banners at sunset were seen;
like the leaves of the forest when autumn hath blown,
that host on the morrow lay withered and strown.
For the Angel of Death spread his wings on the blast,
and breathed on the face of the foe as he passed,
and the eyes of the sleepers waxed deadly and chill,
and their hearts but once heaved, and for ever grew still.
And there lay the steed with his nostril all wide,
but through it there rolled not the breath of his pride;
and the foam of his gasping lay white on the turf,
and cold as the spray of the rock-beating surf.
And there lay the rider distorted and pale,
with the dew on his brow, and the rust on his mail;
and the tents were all silent, the banners alone,
the lances uplifted, the trumpets unblown.
And the widows of Ashur are loud in their wail,
and the idols are broke in the temple of Baal,
and the might of the Gentile, unsmote by the sword,
hath melted, like snow, in the glance of the Lord.

LORD BYRON.

Paul Pry.

PAUL PRY, of all his friends the bore,
sleeps here and questions now no more.
to question was his daily feast,
and in a question he deceased.
by questions (you may question me)
did he get wisdom? no, not he.

From HAGEDORN.

Debellare superbos.

RRUIT Assyrius, qualis lupus instat ovili,
murice et aurata splendida veste cohors;
plurimaque, astrorum ritu quae caerula reddit
unda Palaestini marmoris, hasta micat.
haud secus aestivis ac ridet frondibus arbos,
innumerae fulgent vespere signa manus;
haud secus ac pereunt hiemali turbine frondes,
mane tegunt latum mortua membra solum.
pandit enim nigras fatalis nuntius alas,
cunctaque funestam spirat in ora luem;
lumina mox alto frigent languentia somno,
corda premit gemitu vix agitata quies.
non patula carpit recreantia flamina nare,
non fremit insultans frenaque mandit equus:
spumaque anhelanti manans pulmone per herbam
canet, ut in scopulis unda refusa maris.
hic eques accumbit deformi pallidus ore,
tela situ, gelido tempora rore madent.
castra silent, vacuas fluitant vexilla per auras,
nec tuba dat solitum nec gravis hasta sonum.
Assyrias luctus viduarum personat urbes,
dirutus antiqua Belus in aede cadit:
at non usus erat gladiis: exercitus ingens
tabuit aspectu, nix velut igne, Dei.

G. A. B.

Percontatorem fugito.

NTERROGATOR hic, sodalium pestis,
interrogare desinit Polysperchon.
interroganti vita longa manarat,
interrogantem vox reliquit extrema.
interrogabis forte, doctus et prudens
interrogando sitne factus: haudquaquam.

K.

Let us Love.

WEDDING-GUEST! this soul hath been
alone on a wide, wide sea;
so lonely 'twas, that God himself
scarce seemèd there to be.
o sweeter than the marriage-feast,
'tis sweeter far to me
to walk together to the kirk
with a goodly company:
to walk together to the kirk,
and all together pray;
while each to his great Father bends,
old men and babes, and loving friends,
and youths and maidens gay.
farewell, farewell! but this I tell
to thee, thou wedding-guest;
he prayeth well, who loveth well
both man, and bird, and beast.
he prayeth best who loveth best
all things both great and small;
for the dear God who loveth us,
He made and loveth all.

COLERIDGE.

The Indian Tree.

HEY tell us of an Indian tree,
which, howsoe'er the sun and sky
may tempt its boughs to wander free,
and shoot and blossom wide and high,
yet better loves to bend its arms
downwards again to that dear earth,
from which the life, that fills and warms
its grateful being, first had birth.
e'en thus, though wooed by flattering friends,
and fed with fame (if fame it be),
this heart, my own dear mother, bends,
with love's true instinct back to thee.

MOORE.

Ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι.

MIRA loquor, conviva; sed olim in marmore vasto
solus eram mecum. tam vasto in marmore soli
vix mihi visus erat praesens Deus. ergo hymenaei
dulcius est festis, longe mihi dulcius, ire
ad delubra Dei, magna comitante caterva;
ire pias una ante aras unaque precari,
dum genua aeterno flectunt sua quisque Parenti
longaevique senes iunctique in amore sodales,
infantes puerique hilares hilaresque puellae.
iamque vale; sed crede mihi, conviva, monenti:
concipit hic pia vota, pio qui pectore curat
humanumque genus volucresque et saecla ferarum;
optima vota facit, cui sunt carissima quotquot
hunc habitant, seu magna cluent, seu tenuia, mundum.
nam bonus ille Deus, qui nos amat, omnia fecit,
constantique eadem servat, quae fecit, amore.

K.

Arbor Indica.

ERTUR, ubi silvas fluvio rigat Indus odoras,
arbor inassuetis crescere mira modis:
namque nec ad laetum protendit bracchia caelum
nec patulas aperit sole iubente comas;
sed magis ad earam ramos vult flectere terram,
matris et in tenero tuta iacere sinu.
frondis enim fuit haec nutrix custosque tenellae;
hinc decus, hinc vires scit memor esse suas,
sic me blanditiis comitum si turba dolosis
famaque, seu famae nomen inane, trahat,
pectore fixa pio species genetricis inhaeret,
meque tenet monitis incola mentis amor.

E. H. G.

Iphigenia.

MUST obey him, for I see my friends
beset with peril. yet my own sad fate
doth with unceasing anguish move my heart.
may I no longer feed the silent hope
which in my solitude I fondly cherished?
shall the dire curse eternally endure?
and shall our fated race ne'er rise again
with blessings crowned? all mortal things decay:
the noblest powers, the purest joys of life
at length subside: then wherefore not the curse?
and have I vainly hoped that, guarded here,
secluded from the fortunes of my race,
I with pure heart and hands some future day
might cleanse the deep defilement of our house?
scarce was my brother in my circling arms
from raging madness suddenly restored,
when unrelenting fate with iron hand
a double crime enjoins, commanding me
to steal the image sacred and revered,
confided to my care, and him deceive,
to whom I owe my life and destiny.
let not abhorrence spring within my breast,
nor the old Titan's hate towards you, ye Gods,
infix its vulture talons in my breast!
an ancient song comes back upon my ear
(I had forgotten it, and willingly,)
the Parcae's song, which horribly they sang,
what time, hurled headlong from his golden seat,
fell Tantalus. they with their noble friend
keen anguish suffered; savage was their breast,
and horrible their song. in days gone by,
when we were children, oft our ancient nurse
would sing it to us, and I marked it well.

From GOETHE.

'Ιφιγένεια.

Στέργειν ἀνάγκη μ'· ὡς ἐπὶ ξυροῦ φίλους
ὁρῶ βεβῶτας· ἀλλ' ὅμως τοὐμὸν κακὸν
ἐχθίοσιν λύπαισι χειμάζει κέαρ.
ἆρ' οὐκέτ' ἴσχειν ἔστιν ἃς τῷ πρὶν χρόνῳ
ἔθρεψ' ἀναύδους ἐλπίδας μόνας μόνη ;
ἆρ' οὖν 'Ερινὺς δωμάτων ἀεὶ κρατεῖ,
οὐδ' ἐκ βυθῶν ἀνθοῦσαν εὐεστοῖ δόμος
κεφαλὴν ἔτ' αἴρει; πάντα τἀνθρώπων φθίνει
κράτος τε σεμνὸν χαρμονή θ' ἁγνὴ βίου
χρόνῳ τελευτῶσ'· εἶτα πῶς οὐχ αἵδ' ἀραί;
μάτην ἄρ' ἤλπισ' ἐλπίδ', ὡς πεφραγμένη,
τύχης τε χωρισθεῖσα τῆς γένους ἄπο
ἁγναῖσι χερσὶ καὶ φρεσὶν χρόνῳ ποτὲ
παύσω διανταῖ' ἐκ δόμων μιάσματα ;
μόλις γ' ὕμαιμος ἀγκάλαις κυκλούμενος
λύσσης ἐλώφησ' ἐμμανοῦς ἄφνω φρένας
καὶ σχετλία με μοῖρα παγκρατεῖ χέρας
μαρψασα χειρὶ δισσὰ προστάσσει στύγη,
ἱερόν τε κλέψαι πᾶσιν ἔντιμον βρέτας,
τοὐμὸν μέλημα, καὶ πλέκειν τούτῳ δόλους,
ᾧ γ' εἰμὶ πότμου καὶ ζόης ὀφειλέτις·
ὅμως δὲ μῖσος μή τι τῶνδε καρδίᾳ
ἐμῇ προσείη, μηδὲ γηγενοῦς τρόπῳ
τιτᾶνος ἔχθος εἰς θεοῦς γυπὸς δίκην
σκήψειε χηλὰς τῆς ἐμῆς εἴσω φρενός.
φεῦ, φεῦ· παλαιὸς ὕμνος ὡσὶ χρίμπτεται πάλιν
τὸ πρὶν λεληθώς καὶ μαλ' ἀσμένως ἐμοί,
Μοιρῶν· ὃν αἰνῶς αἰνὸν ὕμνησαν τότε
ὅτ' ἐκ θρόνων δὴ Τάνταλος χρυσηλάτων
ἔπιπτεν ὑπτίασμα· σὺν δ' αὐταὶ βαρὺ
ἔχουσιν ἄλγος, ὠμὰ δ' ἐξ ὠμῆς φρενὸς
ὑμνοῦσιν, ὕμνον δεινόν, ὃν τῷ πρὶν χρόνῳ
νέοιν ἐτ' ὄντοιν πολλὰ γηραιὰ τροφὸς
ἔμελπεν ἡμῖν, καὶ καλῶς ἔσωσ' ἐγώ.

C. E. G.

The Exile.

NIGHT waneth fast, the morning star
saddens with light the glimmering sea,
whose waves shall soon to realms afar
waft me from hope, from love, and thee.
coldly the beam from yonder sky
looks o'er the waves that onward stray;
but colder still the stranger's eye
to him whose home is far away.
oh, not at hour so chill and bleak
let thoughts of me come o'er thy breast;
but of the lost one think and speak
when summer suns sink calm to rest.
so, as I wander, fancy's dream
shall bring me o'er the sunset seas
thy look in every melting beam,
thy whisper in each dying breeze.

MOORE.

The Eve of Death.

WHY such a golden eve? the breeze is sent
careful and soft, that not a leaf may fall
before the serene father of them all
bows down his summer head below the west.
but, at the setting, I must bid adieu
to her for the last, last time. Night will strew
on the damp grass myriads of lingering leaves;
and with them shall I die: nor much it grieves
to die, when Summer dies on the cold sward.

KEATS.

Linquenda tellus et domus.

NOX fugiens properat: pallenti Lucifer ortu
iam tremula dubias lampade pulsat aquas.
transferet hic heu me peregrinam fluctus ad oram,
qua neque amor nec spes nec meus ignis erit.
frigida de celso funduntur lumina caelo,
frigidaque haec refluo suscipit unda sinu:
frigidiora tamen torvi videt hospitis ora
advena, cui procul est cara relicta domus.
tempore tam laevo cum pallet frigidus aër,
lux mea, ne cordi sit meminisse mei.
hunc recoles melius, qui te desiderat absens,
aestivo placidum sole petente torum:
tum mihi palanti, quotiens super aequoris undas
occiduae mittent somnia mira faces,
omnia te referent: oculus tuus effugiens lux,
et tuus exspirans aura susurrus erit.

V. B. J.

Endymion moriturus.

CUR vesper radios extulit aureos?
suspiratne tener molle Favonius,
ramis una prius ne coma defluat
quam qui progenuit comas
aestivum placidus condiderit caput?
at sole occiduo poscor ut ultima
dicam voce meis deliciis Vale.
nox udum modo caespitem
consternet foliis mille morantibus;
quîs una moriar: nec, gelido super
aestas cum moritur gramine, tam mihi
deflendum fuerit mori.

K.

The World's Wanderers.

ELL me, thou Star, whose wings of light
speed thee in thy fiery flight,
in what cavern of the night
will thy pinions close now?
tell me, Moon, thou pale and grey
pilgrim of heaven's homeless way,
in what depth of night or day
seekest thou repose now?
Weary wind, who wanderest
like the world's rejected guest,
hast thou still some secret nest
on the tree or billow?

SHELLEY.

Inscription for a Lighthouse.

AR in the bosom of the deep
o'er these wild shelves my watch I keep,
a ruddy gem of changeful light
bound on the dusky brow of night:
the seaman bids my lustre hail,
and scorns to strike his timorous sail.

SCOTT.

Epitaph on a Mother and three Infants.

ROM God they came, to God they went again;
no sin they knew and knew but little pain:
and here they lie, by their fond mother's side,
who lived to love and lose them, then she died.

HARTLEY COLERIDGE.

Errones.

STELLA, lucenti per inane penna
flammeos velox agitare cursus,
ede, quo noctis tua nunc in antro
pluma quiescet?
Luna, pallenti veneranda vultu
devios caeli peragens meatus,
qua tenebrarum recrearis aut qua
lucis in aula?
Vente, terrarum velut exul aegrum
semper errorem renovans, adhucne
servat arcanum tibi silva nidum
vel maris unda?

K.

Pharos loquitur.

LONGINQUO procul in maris recessu
horrentem excubias ago per oram,
fulgens ceu vario colore gemma
furvis crinibus implicata Noctis:
me si navita viderit rubentem,
non curat timidum illigare velum.

W. G. C.

Epicedium.

UNDE orti reduces petiere Deumque patremque:
non scelus infecit vix tetigitque dolor.
hic cum matre siti: dum vivunt, vixit, amavit
haec pueros: pueri cum periere, perit.

J. C. M.

I saw thee weep.

SAW thee weep: the big bright tear
came o'er that eye of blue;
and then methought it did appear
a violet dropping dew:
I saw thee smile: the sapphire's blaze
beside thee ceased to shine;
it could not match the living rays
that filled that glance of thine.
As clouds from yonder sun receive
a deep and mellow dye,
which scarce the shade of coming eve
can banish from the sky;
those smiles into the moodiest mind
their own pure joy impart;
their sunshine leaves a glow behind
that lightens o'er the heart.

LORD BYRON.

The Broken Heart.

OFTLY! she is lying
with her lips apart;
softly! she is dying
of a broken heart.
Whisper! she is going
to her final rest;
whisper! life is growing
dim within her breast.
Gently! she is sleeping;
she has breathed her last;
gently! while you're weeping,
she to heaven has passed.

BEDDOES.

Δακρυόεν γελάοισα.

IDI ego te flentem, lacrimis umentia vidi
lumina caeruleo splendidiora polo.
blanditias mirans tristes, sic mane, putavi,
lucenti violae rore micare solent.
vidi iterum risus: coram ridente subacti
sapphiri radios deposuere suos:
non locus est gemmis, oculos ubi gloria talis
implet, et ingenuo vivit in ore iubar.
nam, velut occiduus vario nitet aethere Titan,
nec propria nubes luce rubere facit,
quae vel adhuc servant roseae vestigia flammae,
cum tenebras pulso nox tulit atra die;
sic hilari fulgens risu tu pectora donas
laetitiae quamvis tristia parte tuae.
risus abit: menti superest ridentis imago,
irradiatque alma corda fovetque face.

W. E. E.

Αἴλινον αἴλινον ἐιπέ.

Ἦκ' εἴσιθ', ἥδε κεῖται
τοῖς χείλεσιν λυθεῖσιν·
ἦκ' εἴσιτ' ἦκα, θνήσκει
τῇ καρδίᾳ φθινούσῃ.
φωνοῖτ' ἂν ἦκα, βαίνει
πεπρωμένην πρὸς εὐνήν·
ἦκ' ἦκ', ἀμαυρὸν ἤδη
στέρνων τὸ πνεῦμ' ἀπορρεῖ.
ἦκ' ἦκα· μῶν καθεύδει;
οὔκ, ἄρτι δ' ἐξέπνευσεν·
ἐν ᾧ δακρύεθ' ὑμεῖς
ὡς τὸν Θεὸν βέβηκεν.

K.

The Wine of Life is gone.

O, forget me; why should sorrow
o'er that brow a shadow fling?
go, forget me, and tomorrow
brightly smile and sweetly sing.
smile, though I shall not be near thee,
sing, though I shall never hear thee,
may thy soul with pleasure shine,
lasting as the gloom of mine.
Like the sun, thy presence glowing
clothes the meanest things in light;
and when thou, like him, art going,
loveliest objects fade in night.
all things looked so bright about thee,
that they nothing seem without thee;
by that pure and lucid mind
earthly things were too refined.
Go, thou vision, wildly gleaming,
softly on my soul that fell;
go, for me no longer beaming,
hope and beauty, fare ye well!
go, and all that once delighted
take, and leave me all benighted,
glory's burning generous swell,
fancy, and the poet's shell.

WOLFE.

The Sleep of Death.

UR very hopes belied our fears,
our fears our hopes belied:
we thought her dying when she slept,
and sleeping when she died.

HOOD.

Tecum una perierunt gaudia nostra.

FUGE immemor mei,
quid umbret illam cura nigra frontem ?
i, meique nil memor
cras molle ride suaviterque canta.
molle rideas licet,
nec me relictum captet iste risus ;
suaviter licet canas,
nec me remotum cantus iste flectat.
at serenitas tibi
sit tanta quantae me premunt tenebrae.
solis instar emicans
splendore vestis quidquid invenustist :
solis instar occidens
nocti relinquis quidquid est venusti.
plena riserat tui
nuper, tuique sordet orba tellus ;
ingeni tui nimis
inclaruere cuncta claritate.
i fuge immemor mei,
quae luce mira fulseras imago
blanda sensibus meis ;
i dulce numquam redditura lumen.
quidquid est bonae spei,
quidquid decorist, aufer omne tecum :
quod placens erat prius
i tolle, meque linque destitutum :
tolle gloriae faces
lyramque et altae spiritum camenae.

K.

Consanguineus leti Sopor.

Ἐλπὶς μὲν προσιοῦσα κενὸν φόβον ἐξαπάτησεν,
ἐλπίδα δ' αὖτε κενὴν ἐξαπάτησε φόβος·
αὐτίκα γὰρ θνήσκειν ἔφαμεν φίλοι, ἡ δ' ἐκάθευδε,
δεύτερον αὖθ' εὕδειν, ἡ δ' ἄρα κάρτ' ἔθανεν.

J. R.

Rest and be thankful.

(GLENCROE.)

DOUBLING and doubling with laborious walk,
who, that has gained at length the wished-for height,
this brief, this simple wayside call can slight,
and rest not thankful ? whether cheered by talk
with some loved friend, or by the unseen hawk
whistling to clouds and sky-born streams that shine
at the sun's outbreak, as with light divine,
ere they descend to nourish root and stalk
of valley flowers. nor while the limbs repose,
will we forget that, as the fowl can keep
absolute stillness, poised aloft in air,
and fishes front unmoved the torrent's sweep,
so may the soul, through powers that Faith bestows,
win rest and ease and peace, with bliss that angels share.

WORDSWORTH.

The Beautiful is Hard.

BEFORE the Dardan's raptured eyes
when strove the Three for beauty's prize,
the umpire's doubting gaze declared,
to judge the Beautiful is hard.
and when to Sparta's court he sailed,
and in his fatal suit prevailed,
the lover's trembling sigh declared,
to win the Beautiful is hard.
and when in battle's fevered strife
he lost his wealth, his bride, his life,
the warrior's dying groan declared,
to keep the Beautiful is hard.

K.

Hic, si quid cessare potes, Requiesce.

ER flexuosae circuitus viae
optata nactus culmina, quis brevem
contemnat antiqui sedilis
admonitum, neque mente grata
paulum quiescat, seu recreet viri
vox cara, seu fors accipiter comes
haud visus, at cantu salutans
nubila nubigenasque rivos,
qui nunc renident sole novo velut
caelestis aura luminis, antequam
de monte currentes in ima
valle rigent bibulosque culmos
stirpesque florum? dum reficit quies
artus, memento talia cogites:
quo more se pendens in aura
librat avis, neque concitari
motu videtur penna levissimo;
qualisve contra vorticis impetum
nat firmus obluctansque piscis,
talis Homo sibi comparare,
invicta mentem si stabilit Fides,
puram quietem discit et otia
pacemque, et ipsorum potiri
caelicolum meliore vita.

H. H.

Χαλεπὰ τὰ καλά.

Κύπριν, Ἀθηναίην, Ἥρην Πάρις εἶδε βραβεύσων,
εὗρε δ' ἰδὼν κρίνειν ὡς χαλέπ' ἦν τὰ καλά.
εἶτ' ἔμολεν Σπάρτην Ἑλένης δι' ἔρωτα, τὸ δ' εὐθὺς
εὗρε μολὼν κλέπτειν ὡς χαλέπ' ἦν τὰ καλά.
ἐν δὲ τέλει πλοῦτόν τ' ὀλέσας ἄλοχόν τε βίον τε
εὗρε θανὼν σώζειν ὡς χαλέπ' ἦν τὰ καλά.

C. T. C.

The Isles of Greece.

HE isles of Greece, the isles of Greece,
where burning Sappho loved and sung,
where grew the arts of war and peace,
where Delos rose and Phoebus sprung!
eternal summer gilds them yet,
but all, except their sun, is set.
The mountains look on Marathon,
and Marathon looks on the sea;
and, musing there an hour alone,
I dreamed that Greece might still be free:
for standing on the Persian's grave,
I could not deem myself a slave.
A king sate on the rocky brow
which looks o'er sea-born Salamis;
and ships by thousands lay below,
and men in nations—all were his:
he counted them at break of day;
and when the sun set—where were they?

LORD BYRON.

All is not Gold that glitters.

OT seldom, clad in radiant vest,
deceitfully goes forth the Morn;
not seldom Evening in the west
sinks smilingly forsworn.
The smoothest seas will sometimes prove
to the confiding bark untrue;
and if she trust the stars above,
they can be treacherous too.
The umbrageous oak in pomp outspread,
full oft, when storms the welkin rend,
draws lightning down upon the head
it promised to defend.

WORDSWORTH.

Ἑλλάδες Νᾶσοι.

Ἑλλάδες Αἰγαίοις εὔδουσ' ἐνὶ κύμασι νᾶσοι,
Αἰολὶς ᾗ φλεγέθοντ' ᾆδεν ἔρωτα κόρα,
ᾗ τράφεν εἰράνας πᾶσαι πτολέμοιό τε τέχναι,
Δάλου τ' ὀρνυμένας εἰν ἁλί, Φοῖβος ἔφυ.
τὰς μὲν ἀεὶ θάλπει χρύσεον θέρος, εἰ δ' ἔτ' ἔχουσιν
ἀέλιον, κείναις τἄλλ' ἀπόλωλε φάος.
ὥρεα μὲν Μαραθῶν' ἐφορᾷ, Μαραθὼν δὲ θάλασσαν,
παῦρα δ' ὀνειροπολῶν ἐν φρασί, μῶνος ἐκεῖ,
Ἑλλάδι κ' ἀντελέειν ἐδύκευν ἔτ' ἐλεύθερον ἆμαρ·
πῶς γε, τάφοις Περσῶν στὰς ἔπι, δοῦλος ἐγώ;
ἵζετο μὲν βασιλεύς τις ἐπ' ὀκριόεντι μετώπῳ,
τὰν ἁλίαν Σαλαμῖν' ἔνθεν ὁρῶσι βροτοί,
χιλιάδας δὲ κάτω ναῶν ἄνδρας τε κατ' ἔθνη
εἵσιδε παμπολλούς, εἷς γε τοσῶνδε κρατῶν·
ἆμαρ ὅτ' ὤρτο νέον, τούτων ἐξήτασ' ἀριθμόν·
πᾶ δ' ἄρα ταῦτ' ἀπιόντ' ᾤχεθ', ὅτ' ἆμαρ ἔδυ;

K.

Nimium ne crede colori.

INDUTUS roseis saepe coloribus
fallax egreditur Phosphorus: occidens
et tu saepe sub undas
rides, Hespere, perfidum.
est quae, freta maris composita fide,
damnat fraudis aquas pinus Atlanticas:
est quae fallitur astris
caeli non bene credula.
dum spondet patulis hospitium comis,
quercus saepe polo nubibus horrido
diras heu sibi fisum
flammas evocat in caput.

T. M.

The Happy Spirit.

RIGHT be the place of thy soul;
no lovelier spirit than thine
e'er burst from its mortal control
in the orbs of the blessed to shine.
on earth thou wert all but divine,
as thy soul shall immortally be;
and our sorrow may cease to repine
when we know that thy God is with thee.
Light be the turf of thy tomb;
may its verdure like emeralds be;
there should not be the shadow of gloom
in aught that reminds us of thee.
young flowers and an evergreen tree
may spring from the spot of thy rest:
but nor cypress nor yew let us see,
for why should we mourn for the blest?

LORD BYRON.

The Islander at Tempe.

HERE is the sea? I languish here:
where is my own blue sea,
with all its barks of fleet career,
and flags and breezes free?
I miss the voice of waves, the first
that woke my childish glee,
the measured chime, the thundering burst:
where is my own blue sea?
sweet breath may with your myrtles rise,
and soft your winds may be:
yet my sick heart within me dies:—
where is my own blue sea?
I hear the shepherd's mountain flute,
I hear the whispering tree:
the echoes of my soul are mute:—
where is my own blue sea?

FELICIA HEMANS.

Evexit ad aethera virtus.

SIT sine nocte dies quocumque vagatur in orbe
mens tua, corporeo libera facta luto,
mens tua qua numquam mortalia vincula rupit
pulchrior, aetheriis associanda choris.
hospes erat terrae, modo non divina, parumper:
nunc tua te divum sidera semper habent;
nec nimiae deceat nos indulgere querellae
si vocet in gremium te Deus ipse suum.
nobile gemmanti vernet tibi caespite bustum,
et premat exiguo pondere terra caput:
absint indigni feralia signa doloris;
non inter lacrimas fas meminisse tui.
hunc florum sollemnis honor myrtusque perennis
rite sacret memori relligione locum;
sit tamen atra procul taxus, tristisque cupressi
quae male tam fausto convenit umbra rogo.

S. M.

Desiderium Maris.

QUO mihi pontus abît? hac mens in valle fatiscit:
cur mea caerulei tollitur unda freti?
o ubi sunt omnes suetae decurrere naves,
signaque et in vasto libera flabra mari?
fluctisonae voces ubi sunt? hilarare solebant
illa puellares gaudia prima dies,
seu numeris strepuere suis, seu fulminis instar:—
ei mihi, caerulei cur maris aequor abest?
florea nectareum vobis det myrtus odorem,
et zephyrus molli murmure suave sonet,
at cor deficiens aegro sub pectore languet,
quod mihi caerulei non patet unda sali.
auditur de monte canens pastoris avena,
arboris auditur quae ciet aura comas;
nil tamen his nostrae mentis respondet imago,
nil nisi—caeruleus quo mihi pontus abît?

K.

The Mariner.

E winds which sweep the grove's green tops,
and kiss the mountains hoar,
oh softly stir the ocean-waves
that sleep along the shore;
for my love sails the fairest ship
that wantons on the sea;
oh bend his mast with pleasant gales,
and waft him hame to me.
oh leave nae mair the bonnie glen,
clear stream, and hawthorn grove,
where first we walked in gloaming gray,
and sighed and looked of love.
for faithless is the ocean-wave,
and faithless is the wind;
then leave nae mair my heart to break
'mang Scotland's hills behind.

ALLAN CUNNINGHAM.

Song of Proserpine.

ACRED goddess, Mother Earth,
thou from whose immortal bosom
gods and men and beasts have birth,
leaf and blade and bud and blossom,
breathe thine influence most divine
on thine own child Proserpine.
If with mists of evening dew
thou dost nourish these young flowers,
till they grow, in scent and hue,
fairest children of the hours,
breathe thine influence most divine
on thine own child Proserpine.

SHELLEY.

Pellacia Ponti.

ENTI qui nemorum culmina verritis
canentique iugo figitis oscula,
undis parcite longum
per litus recubantibus.
sponsus noster enim dirigit huc ratem,
qua non ulla fretis pulchrior insilit
Afris ; o bonus adflans
deducat zephyrus domum.
tu vallem patriam, tu vitreum cole
fontem et dulce nemus, sero ubi vespere
suspiravimus una et
vultu praestitimus fidem :
saxis neve tuo sub borealibus
me desiderio neglige inemori,
fallacisque favoni
fallacisque maris scieus.

W. G. C.

Περσεφόνης Σκόλιον.

Μῆτερ, πότνα θεῶν, σὺ δ' Αἶα, σῶν γὰρ
πάντ' ἐξ ἀθανάτων ἔγεντο κόλπων,
ἐπίπνει κάρᾳ Περσεφόνης
ἄμβροτα ὦρα κούρης σέθεν εὐτέκνου.
σοῦ θεὸς γὰρ ἔφυ βροτός τε καὶ θήρ,
ποίη σὺν πετάλοις, κάλυξ ἅμ' ἄνθει·
νεόδρεπτα δ' εἰ ταῦτ' ἐθέλεις
ἑσπερίαισιν ἀλδεῖν ῥανίσιν δρόσων,
κάλλει τ' αὐξόμεν' εὐπνόῳ τ' ἐν ὀδμῇ
ἄνθεμ' ἔκγονα καλλιπάρθεν' Ὡρῶν,
ἐπίπνει κάρᾳ Περσεφόνης
ἄμβροτα ὦρα κούρης σέθεν εὐτέκνου.

R. S.

The Rose Bower.

THERE'S a bower of roses by Bendemeer's stream,
and the nightingale sings round it all the day long:
in the time of my childhood 'twas like a sweet dream
to sit in the roses and hear the bird's song.
that bower and its music I never forget;
but oft, when alone in the bloom of the year,
I think—is the nightingale singing there yet?
are the roses still bright by the calm Bendemeer?
No, the roses soon withered that hung o'er the wave;
but some blossoms were gathered, while freshly they shone,
and a dew was distilled from their flowers, that gave
all the fragrance of Summer, when Summer was gone.
thus memory draws from delight, ere it dies,
an essence that breathes of it many a year;
thus bright to my soul, as 'twas then to my eyes,
is that bower on the banks of the calm Bendemeer.

MOORE.

Wishes.

SWEET be her dreams, the fair, the young;
grace, beauty, breathe upon her;
music, haunt thou about her tongue;
life, fill her path with honour.
all golden thoughts, all wealth of days,
truth, friendship, love surround her;
so may she smile till life be closed,
and angel-hands have crowned her.

PROCTER.

Olim meminisse iuvabit.

PHASIDOS ad ripas florent loca plena rosarum,
cantat ubi nullo non Philomela die:
inter avis cantus interque rosaria quondam
suavia sunt tenerae somnia visa mihi.
et vel adhuc, verno meditor dum sola sub anno,
in mentem redeunt umbra melosque meam:
an canit in solitis hodie Philomela latebris?
estne rubor flori qui fuit ante? rogo.
sternitur heu foliis tabentibus unda; sed horum
copia decerptast dum nituere rosae:
quosque calyx gratos stillavit pressus odores
aestatem referunt, acta sit illa licet.
sic aliquid laeti media inter gaudia raptum
in memori semper vivere mente solet;
utque oculis risit placidam prope Phasidos undam,
nunc animo ridet gratia prisca loci.

C. G. G.

Cane vota libens.

SUAVIA lacteolae sint somnia uirginis; illi
Gratia purpureum spiret in ora decus;
impleat arguta linguam dulcedine Musa;
vita verecundam ditet honore viam.
cogitet, optet, agat faustum quodcumque; fideli
possit amicitia, possit amore frui.
rideat, exacto laetae dum munere lucis
cinxerit ambrosium dia corona caput.

K.

He and She.

He. HAT the bee is to the floweret
when he looks for honey-dew
through the leaves that close embower it,
that, my love, I'll be to you.

She. What the bank with verdure glowing
is to waves that wander near,
whispering kisses while they're going,
that I'll be to you, my dear.
but they say the bee's a rover,
that he'll fly when sweets are gone;
and, when once the kiss is over,
faithless brooks will wander on.

He. Nay, if flowers will lose their looks,
if sunny banks will wear away,
'tis but right that bees and brooks
should sip and kiss them while they may.

MOORE.

A Message in Spring.

EARLY wast thou taken, Mary,
in thy fair and glorious prime,
ere the bees had ceased to murmur
in the foliage of the lime;
buds were blowing, streams were flowing,
birds were singing on the tree;
everything was bright and glowing,
when the angels came for thee.

AYTOUN.

Lines in a Lady's Album.

MALL service is true service while it lasts;
of humblest friends, bright creature, scorn not one;
the daisy, by the shadow which it casts,
protects the lingering dewdrop from the sun.

WORDSWORTH.

Dona praesentis cape laetus horae.

D. LOSCULO quod apis petens
mella roscida per nigras
frondium latebras, erit
Daphnis id tibi, Phylli.
P. Ripa quod viridans aquis
adfluentibus osculumque
adsonantibus, ut fluunt,
Phyllis id tibi, Daphni.
ast apis, perhibent, suis
plena deliciis volat;
postque basia perfidus
deinde labitur amnis.
D. Flore si color effluit,
ripa tempore si labat,
mella praeripiant apes
fas sit, oscula rivi.

F. K.

Ver illud erat.

NTE diem sublata fuit tua candida forma,
ante diem vitae gloria prima tuae,
cum non desierat tiliae fragrante sub umbra
mille recursantum fervere murmur apum.
gemma tumescebat labentibus adsita lymphis,
quolibet in ramo laeta canebat avis;
omnia fulgebant opulenta luce, Neanthe,
te sibi caelestum cum petiere chori.

K.

Munus exiguum.

E minimum averso vultu depelle clientem;
exiguum vero munus amore iuvat.
ipse brevi rorem defendit flosculus umbra,
ne nimio sitiens sorbeat igne dies.

W. W. H.

The Graves of a Household.

THEY grew in beauty side by side,
they filled one home with glee;
their graves are severed far and wide
by mount and stream and sea.
one midst the forest of the West
by a dark stream is laid:
the Indian knows his place of rest
far in the cedar shade.
the sea, the blue lone sea, hath one:
he lies where pearls lie deep;
he was the loved of all, yet none
o'er his low bed may weep.
one sleeps where southern vines are drest
above the noble slain:
he wrapt his colours round his breast
on a blood-red field of Spain.
and one—o'er her the myrtle showers
its leaves by soft winds fann'd;
she faded midst Italian flowers—
the last of that bright band.

FELICIA HEMANS.

The Woes of Earth.

BEAUTEOUS is earth, but all its forest broods
plot mutual slaughter, hungering to live:
of sapphire are the skies, but when men cry
famished, no drops they give.
ask of the sick, the mourner, ask of him
who tottereth on his staff, lone and forlorn,
'likest thou life,' he'll say 'the babe is wise
that weepeth, being born.'

MATTHEW ARNOLD.

Mors communis erat sed non commune Sepulcrum.

UNA creverunt forma praestante decori,
uni laetitiae causa fuere lari:
nunc recubant variis divisi morte sepulcris,
divisi late flumine, monte, mari.
unus in Hesperiae dormit caligine silvae,
amnis ubi furvis praecipitatur aquis:
quo tumulo iaceat, notumst errantibus Indis,
cedrina feralem qua tegat umbra locum.
alter caerulei subiit freta caeca profundi;
baca sub oceano qua iacet alta, iacet:
omnibus unus erat carissimus; haud tamen illi
flens amor ad tumulum dixit, 'Amate, vale.'
tertius, Australes ubi rusticus ordinat uvas
magnanimum supra corpora caesa virum,
ponitur: hunc, patriis incinctum pectora signis,
strage mori media vidit Hiberus ager.
una soror flores inter, flos ipsa, Latinos,
quae fuerat clari sola relicta chori,
occubuit: frondes super illam fundere tristes
myrtus amat teneris leniter icta Notis.

H. H.

Vitae Mala.

FELLUS pulchra quidem: sed nece mutua
gens silvestris, avens vivere, se vorat:
caelum caeruleumst: itne vocantibus
illinc gutta famelicis?
morbo sive rogas luctubus obrutum
orbumve et baculo qui titubat, 'placet
ecquid vita tibi,' 'parvulus', inquiet,
'qui natus lacrimat, sapit.'

W. G. W.

Lamentation.

WIFTER far than summer's flight,
swifter far than youth's delight,
swifter far than happy night,
art thou come and gone.
as the wood when leaves are shed,
as the night when sleep is sped,
as the heart when joy is fled,
I am left lone, alone.
The swallow summer comes again;
the owlet night resumes her reign;
but the wild swan youth is fain
to fly with thee, false as thou.
my heart each day desires the morrow,
sleep itself is turned to sorrow,
vainly would my winter borrow
sunny leaves from any bough.
Lilies for a bridal bed,
roses for a matron's head,
violets for a maiden dead,—
pansies let my flowers be:
on the living grave I bear
scatter them without a tear;
let no friend, however dear,
waste one hope, one fear for me.

SHELLEY.

On a Ventriloquist.

HE stomach is a thrifty thing:
so Juvenal of old did sing;
I deemed his saying was not sooth,
but now experience proves its truth;
for here is one whose stomach's feats
procure the food his stomach eats.

S. A.

Sic meos amores?

CITIOR longe quam volat aestas,
citior quam lux laeta iuventae,
citior gratae quam fuga noctis
modo venisti, modo fugisti.
quale viretum foliis orbum,
qualis trahitur nox sine somno,
quale fugatis cor deliciis,
mihi talis abit vita relictae.
sicut hirundo redditur aestas,
nox, strigis instar, solium reparat,
sed vaga, cygni more, iuventas
ut tu, perfide, tecumque fugit.
mihi lux hodie crastina cordist,
non sine luctu sopor ipse redit:
folia e ramo sumere quovis
mea nunc frustra conatur hiemps.
lilia dantur nuptae thalamo;
rosa matronae caput exornat;
violas poscit mortua virgo;
mihi sit violae tricoloris honos.
tumulor vivens: detur tumulo
flos sine fletu; neu me sociae
quamvis carae
vanis celebrent desideriis.

K.

In Ventriloquum.

'VENTRE nihil novi frugalius,' inquit Aquinas;
huic ego non prorsus credulus ante fui:
nunc non infitior quod res mihi nota probavit;
en sibi qui victum non nisi ventre parit!

J. P.

Horatius Cocles.

WHEN the oldest cask is opened,
and the largest lamp is lit;
when the chestnuts glow in the embers,
and the kid turns on the spit;
when young and old in circle
around the firebrands close;
when the girls are weaving baskets,
and the lads are shaping bows;
when the goodman mends his armour,
and trims his helmet's plume;
when the goodwife's shuttle merrily
goes flashing through the loom;
with weeping and with laughter
still is the story told,
how well Horatius kept the bridge
in the brave days of old.

MACAULAY.

The Death of Montrose.

THERE is a chamber far away
where sleep the good and brave,
but a better place ye have named for me
than by my father's grave.
for truth and right 'gainst treason's might
this hand hath always striven,
and ye raise it up for a witness still
in the eye of earth and heaven.
then nail my head on yonder tower,
give every town a limb:—
and God who made shall gather them:
I go from you to Him!

AYTOUN.

Proelia coniugibus loquenda.

UM prompta Bacchist interior nota,
fulgetque lampas grandior, et nuces
vivis inardescunt favillis
castaneae, verubusque pinguis
torquetur hoedus, cum iuvenes focum
festa corona cum senibus premunt,
virgisque iam cistas puellae
deproperant, puerique formant
arcus aduncos; cum reparat pater
arma, et minacis cornua cassidis
inflectit, et matrona fuso
torta trahit radiante pensa,
flentes recensent non sine risibus
quanta ille custos pontis Horatius
virtutis antiquae futuris
ediderit documenta saeclis.

F. K.

Non omnis moriar.

ST procul hinc thalamus. quot fortia pectora somnus
condit ibi, notos quot pietate viros!
sed locus est potior, mihi quod datis esse sepulcrum,
quam veteres iuxta si tumularer avos.
pro vero rectoque iniit certamina constans
quot manus haec contra seditionis opes!
nunc eadem a vobis attollitur ardua testis;
conscia sit tellus, Tuque, supreme Deus.
ergo isti caput hoc clavis affigite turri;
haec data sint urbi cuilibet ossa licet:
qui Deus haec finxit membra inde recolliget idem;
exsul ego a vobis Illius hospes eo.

R. S.

Loyalty.

ET our halls and towers decay,
be our name and line forgot,
lands and manors pass away,—
we but share our monarch's lot.
if no more our annals show
battles won and banners taken,
still in death, defeat and woe,
ours be loyalty unshaken!
constant still in danger's hour,
princes owned our fathers' aid:
lands and honours, wealth and power,
well their loyalty repaid:
perish wealth and power and pride,
mortal boons by mortals given!
but let Constancy abide,—
Constancy's the gift of Heaven.

SCOTT.

The Grave.

HERE is a calm for those who weep,
a rest for weary pilgrims found;
they softly lie and sweetly sleep
low in the ground.
the storm that wrecks the wintry sky
no more disturbs their deep repose,
than summer evening's latest sigh
that shuts the rose.

J. MONTGOMERY.

The Silent Look.

NTO my heart a silent look
flashed from thy careless eyes,
and what before was shadow, took
the light of summer skies.
the first-born love was in that look;
the Venus rose from out the deep
of those inspiring eyes.

EDWARD LORD LYTTON.

Sancta Fides.

UT situs has peredat turres, haec atria, nulli
cognita sit nostrae stirps seriesve domus,
cedat ager, rapiat fundos alienus avitos,
quam ferimus, noster rex tulit ante vicem.
ut non vi domitas acies vexillaque capta
gentiles possint iam memorare libri,
per mala, per clades, tamen aggrediente vel ipsa
morte sit o nobis illabefacta Fides.
constantem vos ferre, patres, urgente periclo
saepius est princeps testificatus opem;
par fuit et merces, modus agri redditus ingens,
divitiae, fasces egregiumque decus.
lictor, abi; pereant et opes et splendor inanis;
haec tua, Mors, ut erant qui tribuere tui:
sed constans velit una Fides remanere; benigno
desuper est divum munere missa Fides.

H. W. M.

Tumuli Quies.

ALMA flentibus est quies;
fessos hospitium manet;
suaviter recubant, leves
hauriuntque sopores:
saeva compositos hiemps
non humo magis excitat
quam suspiria quae rosam
verna vespera claudunt.

K.

Venus orta.

NTUITU secura feris mihi pectus, et omne
fluctuat aestiva luce, quod umbra fuit.
ille meas peperit flammas obtutus, ocellis
caeruleis istis exiit orta Venus.

K.

The Fall of Zeus (Oceanus, Apollo).

O. E fell, thou say'st, beneath his conqueror's frown?

A. Ay, when the strife was ended, which made dim
the orb I rule, and shook the solid stars,
the terrors of his eye illumined heaven
with sanguine light through the thick ragged skirts
of the victorious darkness as he fell:
like the last glare of day's red agony,
which from a rent among the fiery clouds
burns far along the tempest-wrinkled deep.

O. He sunk to the abyss? to the dark void?

A. An eagle so caught in some bursting cloud
on Caucasus, his thunder-baffled wings
entangled in the whirlwind, and his eyes
which gazed upon the undazzling sun, now blinded
by the white lightning, while the ponderous hail
beats on his struggling form, which sinks at length
prone, and the aerial ice clings over it.

SHELLEY.

A Retrospect.

SLUMBER did my spirit seal;
I had no human fears;
she seemed a thing that could not feel
the touch of earthly years.
no motion has she now, no force;
she neither hears nor sees,
rolled round in earth's diurnal course
with rocks and stones and trees.

WORDSWORTH.

Πεσὼν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά.

Ω. εἶτ' ἔπεσε, τοῦ κρατοῦντος ἐπτηχὼς βλέπος ;
Α. ἄθλου γ' ἀπαλλαγέντος, ὃς λαμπτῆρ' ἐμὸν
φλογωπὸν ἠμαύρωσεν ἄστρα τ' ἀσφαλῆ
ἔσεισεν· ἐκ δ' ἤστραπτεν ὀμμάτων μένος
πίτνοντος, αἰνολαμπὲς οὐρανοῦ μύσος,
μελαμπέπλοισιν ἐμπρέπον λακίσμασιν
ἀδμῆτος ὄρφνης· οἷα δυσθνήσκουσα δὴ
πανυστάτοισιν ἡμέρα παλαίσμασιν
φοινικοβάπτων διὰ νεφῶν ἀναίθεται
δυσηνέμοις φρίκαισιν ἀνταυγοῦς ἁλός.
Ω. μελαμβαθῆ κευθμῶνα δ' ἤμειψεν κάτω ;
Α. ὥστ' αἰετῷ γε Καυκάσου κατ' ὀκρίδας
ληφθέντ' ἀέλλης δικτύῳ προλείπετον
πτερὼ κεραυνωθέντε, χἠλίου σθένος
πρὶν ἀστρύφοις λεύσσοντες ὀφθαλμοὶ κύραις
αἴγλῃ φθίνουσιν ἀστραπῆς σκοτούμενοι·
καὶ δὴ χαλάζης δυσμαχοῦν πάλαι δέμας
ὀμβροκτύποισιν ἐμβολαῖς κατερρύη,
βρίθει δ' ἐπισκίαζον αἴθριον κρύος.

R. D. A. H.

Annorum fuga.

ORPORE somni cor tenebatur meum,
cum, liber humano metu,
'sensura,' dixi, 'non mihi videtur haec
quid possit annorum tenor.'
nunc motus illi nullus est, nec ulla vis ;
nil audit illa, nil videt ;
terrae rotatur in dies vertigine
qua saxa, lapides, arbores.

K.

Drinking Song of Munich.

WEET Iser, were thy sunny realm
and flowery gardens mine,
thy waters I would shade with elm,
to prop the tender vine;
my golden flagons I would fill
with rosy draughts from every hill;
and under every myrtle-bower
my gay companions should prolong
the laugh, the revel, and the song,
to many an idle hour.
Like rivers crimsoned with the beam
of yonder planet bright,
our balmy cups should ever stream
profusion of delight.
no care should touch the mellow heart,
and sad or sober none depart;
for wine can triumph over woe,
and Love and Bacchus, brother powers,
could build in Iser's sunny bowers
a paradise below.

CAMPBELL.

Mortality.

IRST our pleasures die, and then
our hopes, and then our fears; and when
these are dead, the debt is due;
dust claims dust,—and we die too.
all things that we love and cherish,
like ourselves must fade and perish:
such is our rude mortal lot,
love itself would did they not.

SHELLEY.

Latebrae dulces et amoenae.

SI quae rura tuas, flumen amabile,
lymphas despiciunt, si domino mihi
parerent iuga prima
solis luce tepentia;
ulmus propter aquam plurima surgeret
fulcimen tenerae vitis, et aureis
collis quisque culullis
nectar purpureum daret:
sub myrto recubans laeta sodalium
festa luce cohors cantibus et mero
serae noctis in umbras
mecum gaudia ducerent.
ut quae puniceo sidere flumina
illustrata rubent, sic quoque currerent
plenis usque beati
nostri deliciis scyphi:
numquam corda dolor tangeret uvida,
nec tristes animos hinc neque sobrios
nox dimitteret umquam:
nam vino fugiunt mala,
nec tu cum sociis, Liber, Amoribus
hic propter patrii murmura fluminis
nescis condere felix
in terris nemus Elysi.

E. H. G.

Nil non mortale.

PRIMA senescenti moritur sua cuique voluptas,
ordine tunc abeunt spesque metusque suo.
mox ipsum, debetur enim, mors poscit; obitque,
terrigenam terra iam repetente, senex.
si quid amaverimus vementius, illud amantis
ipsius ritu fata perire iubent;
sors etenim miseris haec est mala, quotquot amantur
si non fluxa forent, ipse periret amor.

W. G. W.

The Child's Wish in June.

MOTHER, mother, the winds are at play,
prithee, let me be idle to-day.
look, dear mother, the flowers all lie
languidly under the bright blue sky.
see how slowly the streamlet glides;
look how the violet roguishly hides;
even the butterfly rests on the rose,
and scarcely sips the sweets as he goes.
poor Tray is asleep in the noonday sun,
and the flies go about him one by one;
and Pussy sits near with a sleepy grace,
without ever thinking of washing her face.
there flies a bird to a neighbouring tree,
but very lazily flieth he;
and he sits and twitters a gentle note,
that scarcely ruffles his little throat.
you bid me be busy; but, mother, hear
how the humdrum grasshopper soundeth near;
and the soft west-wind is so light in its play,
it scarcely moves a leaf on the spray.
I wish, oh I wish, I were yonder cloud,
that sails about with its misty shroud:
books and work I no more should see,
but I'd come and float, dear mother, o'er thee.

FELICIA HEMANS.

Schiff und Herz.

Uebel iſt ein Schiff berathen auf dem ſturmbewegten Meer;
doch ein Herz im Sturm der Liebe iſt es wahrlich noch viel mehr:
jenes wirft die ſchweren Laſten, die es drücken, über Bord;
dieſes ſchifft mit voller Ladung durch die wilden Fluthen fort.

W. MUELLER.

Otium rogat.

QUAE agunt venti luduntque impune per hortos;
o sine cum ventis otia, mater, agam.
cara, vide, mater, quam caerulus ardeat aether,
ut flos sub nimio langucat igne poli.
aspice quam lenta decurrat rivulus unda,
ut viola astute condat odora caput,
papilioque, suis modo quaerens otia pennis,
vix tenerae libet suavia mella rosae.
sub medio iacet axe canis, fruiturque sopore,
quem vaga circumiens plurima musca salit;
proxima dum felis, molli languore soluta,
non, ut saepe, suo lubricat ora pede.
aspice, vicinae quae nunc petit arboris umbram,
segniter ut pennis aëra pulset avis;
iamque lubens sedet, et, vix moto gutture, pigrum
expromit tenui languida voce melos.
pensa iubes mea, mater, amem librosque molestos,
cum celebrat festum rauca cicada diem,
cum zephyri ludit tenero levis aura susurro,
commovet arboreas vix tamen illa comas?
pectore quam laeto fierem nubecula, cuius
navigat aetheriam pensilis umbra viam,
ut tibi, dimissis studiis, carissima mater,
adfluerem recreans duxque comesque forem.

J. S. J.

Amor Naufragus.

TRISTE ratis pelagi medio correpta furore;
tristius in vitae turbine prensus Amor.
iacturam facit illa levisque supervolat undas;
hic fera sollicitum per freta portat onus.

K.

The Benediction.

PEACE be around thee wherever thou rovest,
may life be for thee one summer's day,
and all that thou wishest, and all that thou lovest
come smiling around thy sunny way!
if sorrow e'er this calm should break,
may e'en thy tears pass off so lightly
that, like spring showers, they only make
the smiles that follow shine more brightly:
may Time, who sheds his blight o'er all
and daily dooms some joy to death,
o'er thee let years so gently fall,
they shall not crush one flower beneath.
as half in shade and half in sun
the world along its path advances,
may that side the sun's upon
be all that e'er shall meet thy glances.

MOORE.

Loch Katrine.

AND now, to issue from the glen,
no pathway meets the wanderer's ken,
unless he climb, with footing nice,
a far-projecting precipice.
the broom's tough roots his ladder made,
the hazel saplings lent their aid;
and thus an airy point he won,
where, gleaming with the setting sun,
one burnished sheet of living gold,
Loch Katrine lay beneath him rolled,
in all her length far winding lay,
with promontory, creek, and bay,
and islands that, empurpled bright,
floated amid the livelier light,
and mountains, that like giants stand,
to sentinel enchanted land.

SCOTT.

Τῶνδ' ὄνησιν εὔχομαι.

TE circum Pax alma volet, quocumque vageris,
unum eat aestivum vita imitata diem;
quidquid et in votis fuerit tibi, amabile quidquid,
adveniat, laetas concelebretque vias.
quod si forte dolor placidum maculaverit aevum,
splendet ut ex verno gratior imbre dies,
non aliter lacrimis fuga maturetur, ut ipsos
plenior in risus accumuletur honos.
quae nihil obducta non vi robiginis aetas
prorsit, inque dies singula nostra rapit,
te super invisos tam leniter ingerat annos
innocuum ut teneris floribus addat onus.
dum medius noctis patiens mediusque diei
quod semel instituit volvitur orbis iter,
a precor illa tuo tantum versetur in ore
quae pars assiduis solibus aucta nitet.

W. G. C.

Speluncae vivique Lacus.

IAMQUE viatori sublucet semita nusquam,
vallis inaccessos explicitura sinus,
ni queat, arte regens vestigia lubrica, pronum
et procul impendens exsuperare iugum.
praebet opem scalasque tenax radice genista;
fertque suum corylus lenta ministerium.
mox apicem aërium nanctus de vertice summo
prospexit rutilum sole cadente lacum,
qua Katrina palus, velut aurea bractea, late
lucida purpureis porrigeretur aquis;
quam longa et scopulos et procurrentia in undas
litora curvaret dividuosque sinus;
quaeque reniderent terrae, mediisque micantes
narent, splendidius qua iubar esset, aquis;
quique loco starent montes, ceu turma gigantum,
custodes magicae praesidiumque plagae.

T. S. E.

The Mariners of England.

E Mariners of England,
who guard our native seas,
whose flag has braved a thousand years
the battle and the breeze,
your glorious standard launch again
to meet another foe,
and sweep through the deep,
while the stormy winds do blow,
while the battle rages loud and long,
and the stormy winds do blow.
The spirits of your fathers
shall start from every wave;
for the deck it was their field of fame,
and ocean was their grave:
where Blake and mighty Nelson fell,
your manly breasts shall glow,
as ye sweep through the deep,
while the stormy winds do blow,
while the battle &c.
Britannia needs no bulwark,
no towers along the steep;
her march is o'er the mountain waves,
her home is on the deep.
with thunders from her native oak
she quells the floods below,
as they roar on the shore,
when the stormy winds do blow,
when the battle &c.
The meteor-flag of England
shall yet terrific burn,
till danger's troubled night depart,
and the star of peace return.
then, then, ye ocean warriors,
our song and feast shall flow

Viri turritis puppibus instant.

UTELA, nautae, litoris Anglici,
si vestra Martem classis et Aeolum
iam mille contempsit per annos,
ite novis reparate bellis
vexilla priscae conscia gloriae:
ite ite, pontum verrite, qua graves
inter procellarum tumultus
longa ferae tonat ira pugnae.
vobis avorum subsilient pii
manes ab undis omnibus exciti,
quos morte pro transtris honesta
nobile promeritos sepulcrum
suscepit ingenti oceanus sinu.
ut mox nepotum corda virilia
per marmor ardescent euntum,
Fuscus ubi ceciditque in armis
magnum duelli fulmen Horatius!
tutanda nulla turre Britannia
murosque dedignans et alto
ceu proprio dominata ruri
audax aquarum montibus inprobis
insultat. ilex feta tonitribus
nativa tempestatis iram
litoribus domat infrementem
qua mixta ventis proelia saeviunt.
sic usque diris sidus uti minis
insigne flagrabit Britannum,
dum fugiat mala noctis umbra
pacisque felix stella refulgeat.
tum rite, pugnax oceani genus,
vestros honorabunt triumphos
carminibus dapibusque cives,

to the fame of your name,
when the storm has ceased to blow,
when the fiery fight is heard no more,
and the storm has ceased to blow.

CAMPBELL.

Thy Days are done.

THY days are done, thy fame begun;
thy country's strains record
the triumphs of her chosen son,
the slaughters of his sword;
the deeds he did, the fields he won,
the freedom he restored.
Though thou art fallen, while we are free,
thou shalt not taste of death;
the generous blood that flowed from thee
disdained to sink beneath:
within our veins its currents be,
thy spirit on our breath.
Thy name, our charging hosts along,
shall be the battle-word;
thy fall, the theme of choral song
from virgin voices poured.
to weep would do thy glory wrong;
thou shalt not be deplored.

LORD BYRON.

On the Cenotaph of Charles George Gordon.

WARRIOR of God, man's friend, not laid below,
but somewhere dead far in the waste Soudan,
thou livest in all hearts, for all men know
that earth has borne no simpler nobler man.

LORD TENNYSON.

vestrae dabuntur pocula gloriae,
cum flare lassi desierint Noti,
Martisque cessarint procellae
sollicitas agitare gentes.

K.

Tu decus omne tuis.

UX cecidit vitae; famae tibi nascitur astrum;
patria te grato carmine rite colit,
scilicet eximiae subolis cantare triumphos
sedula; quot proprio straverit ense viros,
quas tulerit bello laurus, quo victor ab hoste
reddiderit populo libera iura suo.
tu cadis; at, dum nos libertas alma tuetur,
impia nil in te funera iuris habent.
qui tibi profluxit generosus corpore sanguis
ire sub indignum non tulit ille solum:
di faciant nostras ditent ea flumina venas
vivat et in nostro spiritus ore tuus.
sicubi Mars patrius saevum procurret in hostem,
sola tuum pugnae tessera nomen erit:
nostra decus tanti celebrabunt carmina leti,
carmina virgineis rite sonanda choris.
magne, tuae fletus essent iniuria famae:
questibus haud nostris dedecorande, vale.

K.

Impavidum feriunt ruinae.

ROQUE Deo pugnax hominique o nate tuendo,
te procul hinc Arabum tristis harena tegit:
vivis amore tamen memori; nil gentibus aetas
ulla magis simplex magnanimumque dedit.

H. W. M.

All's for the Best.

ALL'S for the best: be sanguine and cheerful,
troubles and sorrows are friends in disguise:
nothing but folly goes faithless and fearful,
courage for ever is happy and wise.
all's for the best, if a man will but know it;
Providence wishes us all to be blest:
this is no dream of a pundit or poet,
Heaven is gracious, and all's for the best.
all's for the best: then fling away terrors,
meet all your fears and your foes in the van,
and in the midst of your dangers and errors
trust like a child while you strive like a man.
all's for the best; unbiassed, unbounded
Providence reigns from the East to the West;
and by both wisdom and virtue surrounded,
hope and be happy, since all's for the best.

SWAIN.

Under the Tropics.

NO lack was there of human sustenance,
soft fruitage, mighty nuts, and nourishing roots;
nor, save for pity, were it hard to take
the helpless life, so wild that it was tame;
here, in a seaward-gazing mountain-gorge,
they built and thatched with leaves of palms a hut,
half hut, half native cavern, where the three,
set in an Eden of all plenteousness,
dwelt with eternal summer, ill content.

LORD TENNYSON.

A very wise Philosopher.

NATURE and Truth are Labeo's studies: why?
that he may learn with perfect Art to Lie.

A.

Animosus atque fortis appare.

PERFER et obdura: bona sunt quae tristia reris;
celat amicitiam dissimulatque dolor.
stultus it incerto semper pavidoque meatu,
usque sagax virtus, usque beata manet.
tu licet ignores, sapientia cuncta gubernat:
scilicet infelix nemo volente Deost.
non ego fabellas vatum neque somnia trado;
fata regit faustus qualiacumque Pater.
quae bona sunt pollent: ergo depone timores;
siqua reformidas, aggredienda puta:
sive pericla vides, seu quis deceperit error,
nititor audendo vir, puer esse fide.
numine cuncta suo moderans Orientis ab oris
Hesperias partes regnat adusque Deus.
dummodo sit virtus, dum sit prudentia, iusta
lege dat Omnipotens optima quaeque suis.

A. W. P.

Soli sub Sole.

NON derant humana illic solacia victûs,
radicum vis magna nucesque ac mitia poma:
nec non et poteras imbellia saecla animantum,
ni nocuisse pudor, parvo captasse labore;
usque adeo mansueta ferae praecordia gestant.
hic, ubi prospiciunt mare saxa minantia saxis,
palmarum tectam struxerunt fronde quietem,
speluncamque casamque simul, qua foedere certo
tres iuncti, Elysiae carpentes munera glaebae,
sole sub aeterno maerebant tristia fata.

P. P.

Sapere est abiectis utile nugis.

QUID verum atque decens Labeo rogat, illius ergo
ut docte faciat turpia, falsa probet.

K.

The Soft, the Silent Hour.

OVE eastward, happy earth, and leave
yon orange sunset waning slow:
from fringes of the faded eve,
o happy planet, eastward go;
till over thy dark shoulder glow
thy silver sister-world, and rise
to glass herself in dewy eyes
that watch me from the glen below.
ah bear me with thee, smoothly borne,
dip forward under starry light,
and move me to my marriage-morn,
and round again to happy night.

LORD TENNYSON.

In vain do they worship me.

EN will write for religion, fight for it,
die for it; anything but live for it.

COLTON.

Misunderstood.

E died, and left the world behind;
his once wild heart is cold;
his once keen eye is quelled and blind:
what more?—his tale is told.
he came; and baring his heaven-bright thought,
he earned the base world's ban;
and having vainly lived and taught,
gave place to a meaner man.

PROCTER.

Ἔσπερε πάντα φέρεις γλυκέα.

Εὐήμερε γῆ, σὺ δ' ἀπ' ἀελίου
τοῦ κροκοβάπτους δυσμὰς βραδέως
ποτινισσομένου χώρει πρὸς ἕω·
τῆς γ' ἑσπερίας πλακὸς ἐσχατιὰν
προλιποῦσ' ἀμυδρὰν
χώρει πρὸς ἕω μάκαρ ἀστήρ·
ἔστ' ἂν δνοφερῶν ὑπάτη νώτων
ἀργυροειδὲς φέγγος ἀνάψῃ
λαμπὰς ὁμαίμων, ἐπιτελλομένη τ'
ἔμ' ὑπαὶ βήσσης παπταινόντων
σχηματίσηται
νοτίων ὄσσων ἐν ἐνόπτρῳ.
φεῦ φεῦ· σύ μ' ὁδὸν κατὰ σὴν ἐλαφρὰν
ἐλαφρῶς βάσταζ', ὑπὸ ταῖς δ' ἄστρων
ῥιπαῖσι προβῆθ' ἀερονηχής,
πέμπουσά τέ μ' ἐς φῶς ὑμεναίων
καὶ πάλιν αὖθις
πρὸς νύκτα κυκλοῦσα ποθεινήν.

H. W. M.

Heu Pietas! heu spreta Fides!

SCRIBERE, Religio, pro te, pugnare, perire possumus: at tibi qui vivere possit, ubist?

K.

Mens divinior.

MORTUUS est, superaque excessit luce: refrixit
cor illud olim fervidum:
extinctumst oculi quondam penetrabile fulgur:
quid restat? actast fabula.
venit clara docens caeli praecepta: docentem
sprevere cives sordidi:
sic labor effluxit vanus: nunc illius implet
natura crassior locum.

K.

King Cophetua loved the Beggar-maid.

HER arms across her breast she laid;
she was more fair than words can say:
barefooted came the beggar-maid
before the King Cophetua.
in robe and crown the king stept down
to meet and greet her on her way:
'it is no wonder,' said the lords,
'she is more beautiful than day.'
as shines the moon in clouded skies,
she in her poor attire was seen:
one praised her ancles, one her eyes,
one her dark hair and lovesome mien:
so sweet a face, such angel grace,
in all that land had never been.
Cophetua swore a royal oath:
'this beggar-maid shall be my queen.'

LORD TENNYSON.

The Pimpernel.

SEEST thou yon pimpernel? an hour is past,
and he was holding dalliance with the sun,
all bared his crimson pride: now closed, downcast,
his blossoms seek their favourite skies to shun.
young Edwin came, the warning change beheld,
then hurried to his hinds; and hark, I hear
his loaded wagons creaking from the field:
for 'storms,' he says, 'and angry hours are near.'
oh! 'mid the flowers life's tortuous paths that strew,
is there not one like this? e'en as I speak,
thy bosom-friend's estrangèd look review,
remark his icy eye, his smileless cheek.
adversity is nigh: speed, counsel how
to soften as thou may'st th' inevitable blow.

R. W. E.

Mendica pulchra.

BAT ut ambabus positis ad pectora palmis
pulchra supra quam vox ulla referre potest,
nuda pedes, mendica, suis opis indiga rebus,
Cophetua coram rege puella venit.
destituit solium rex murice clarus et auro,
itque salutatum quae prope carpit iter;
'nec mirum' dixere duces, 'pulcherrima quamvis
alma dies, alma pulchrior illa die.'
qualis in obducto sublucet Cynthia caelo,
veste sub obscura cernere talis erat.
virginis hic suras laudavit et alter ocellos,
ille nigros crines osque cupidineum.
dulcis enim facies divinaque gratia formae,
qualis in his numquam finibus ante fuit.
Cophetuas iurat, sceptrum testatus et orbem,
'uxor ea ex inopi virgine regis erit.'

H. A. J. M.

Certis poteris cognoscere signis.

STAM tune vides anagallida? non ita pridem
visa fuit medium solis amare iubar
purpureo ridens fastu: nunc lumina claudit
tristia, nec dulcem spectat, ut ante, diem.
adstabat monitumque vigil perspexit Amyntas;
protinus agrestes convocat ipse manus.
audin, iamiam abeunt agro stridentia plaustra:
'en,' ait, 'Auster adest; en furit hora minis.'—
num florum, quicumque habitant loca devia vitae,
huic nullus simili condicione viget?
dum loquor, aversi vultum non cernis amici?
luce carent oculi, risibus ora carent.
sors adversa venit: tu cessas? i fuge, tecum,
quid ferat infaustis, consule, rebus opem.

K.

The Lotus-Eaters.

HATEFUL is the dark-blue sky
vaulted o'er the dark-blue sea:
death is the end of life; ah, why
should life all labour be?
let us alone: time driveth onward fast,
and in a little while our lips are dumb:
let us alone: what is it that will last?
all things are taken from us, and become
portions and parcels of the dreadful past.
let us alone: what pleasure can we have
to war with evil? is there any peace
in ever climbing up the climbing wave?
all things have rest, and ripen toward the grave
in silence, ripen, fall, and cease:
give us long rest or death, dark death or dreamful ease.

LORD TENNYSON.

An Early Wish.

THE earliest wish I ever knew
was woman's kind regard to win;
I felt it long ere passion grew,
ere such a wish could be a sin.
and still it lasts; the yearning ache
no cure has found, no comfort known:
if she did love, 'twas for my sake,
she could not love me for her own.

HARTLEY COLERIDGE.

Νόστου βούλοντο λαθέσθαι.

ERT ipse pontus taedium et imminens
superne caelum, caerula caerulis
porrecta; cur tanto labore
gens terimus peritura vitam?
tandem precamur, quisquis es, abstine
lassos fatigandi, ut pedibus ruit
tempus citatis, nostraque aevo
functa brevi labra conticebunt.
quid non caducum? cur miser inchoet
spem longiorem, singula cui sua
raptantur extorquentur eheu
tristibus accumulanda fastis?
cessemus. ecquid profuit invidis
certare divis? pontum iterantibus
quae pax, ubi aeternat labores
unda superveniens in undam?
nil non quiescit: nec nisi funeri
maturat aetas omnia: da mori aut
cessare nobis; da quietem
somniferam tenebrasve leti.

W. G. C.

Votum.

OC erat in votis primum: mihi rideat una
femina, femineo detur amore frui:
hoc prius optavi rapuit quam corda cupido,
dum turpi macula talia vota carent.
vivit adhuc vulnus: non est medicina reperta,
nec desiderium nec requiescit amor.
'Phyllis amavit,' ais: quod amarem ego, forsan amarit:
non potuit causa Phyllis amare sua.

J. C. M.

Grief.

TELL you, hopeless grief is passionless,
that only men incredulous of despair,
half-taught in anguish, through the midnight air
beat upward to God's throne in loud access
of shrieking and reproach. full desertness
in souls, as countries, lieth silent, bare,
under the blenching vertical eye-glare
of the absolute heavens. deep-hearted man, express
grief for thy dead in silence like to death;
most like a monumental statue set
in everlasting watch and moveless woe,
till itself crumbles to the dust beneath.
touch it; the marble eyelids are not wet:
if it could weep, it would arise and go.

ELIZABETH BARRETT BROWNING.

Tears.

HANK God, bless God, all ye who suffer not
more grief than ye can weep for. that is well.
that is light grieving. lighter none befell
since Adam forfeited the primal lot.
tears! what are tears? the babe weeps in its cot,
the mother singing; at her marriage-bell
the bride weeps; and before the oracle
of high-famed hills the poet hath forgot
that moisture on his cheeks. thank God for grace,
whoever weep; albeit, as some have done,
ye grope tear-blinded in a desert place,
and touch but tombs, look up; those tears will run
soon in long rivers down the lifted face,
and leave the vision clear for stars and sun.

ELIZABETH BARRETT BROWNING.

Qui silet ille dolet.

SPE quae caret tristitia lamentis caret.
qui posse desperare non credunt viri,
gens semidocta quid sit angorem pati,
per vastitatem noctis ad sedem Dei
grassantur aegris eiulationibus
et inprobo stridore. desolata quae
mens tota marcet, aridae ritu plagae,
se muta caeli dedit inpotentiae,
sub axe solis nuda candentis iacens.
o cordis alti quisquis es, silentio
mortem exprimente mortuos plora tuos ;
ceu ficta saxo statua, quae sedet super
aeterna busto vigilia, inmotus dolor,
dum putris ipsa pulverem in putrem cadat.
tu palpebras i tange, non madet lapis ;
si flere posset, iret erecto gradu.

K.

Flere aliquod Solamen habet.

GRATES aspirare Deo cum laude memento,
qui non plura doles quam possis flere. dolentem
flere levis labor est : levior non contigit ulli
ex quo primaevam sortem labefecit Adamus.
quid lacrimae ? cunis flet in ipsis parvulus infans,
cantando mater, claroque vocante hymenaeo
sponsa flet, exultansque intrat Parnasia templa
nec reputat stillare genas hoc rore poeta.
o laudate bonum, fletis quicumque, Parentem ;
quamquam errore vago (sunt quis hoc contigit) acti
et caeci lacrimis inter deserta locorum
nil manibus praeter tumulos contingitis, illuc
suspicite ; hae lacrimae per vultus suspicientum,
flumina longa, cadent pedetentim, et nube remota
clarescent oculi stellis solique videndis.

K.

Ask me no more.

ASK me no more. the moon may draw the sea,
the cloud may stoop from heaven, and take the shape,
with fold to fold, of mountain or of cape.
but, O too fond, when have I answered thee?
ask me no more.
Ask me no more. what answer should I give?
I love not hollow cheek or faded eye:
yet, O my friend, I would not have thee die:
ask me no more, lest I should bid thee live:
ask me no more.
Ask me no more. thy fate and mine are sealed.
I strove against the stream, and all in vain.
let the great river take me to the main.
ask me no more, for at a touch I yield:
ask me no more.

LORD TENNYSON.

Kisses.

AH, the sweet lies lurk in kisses!
oh, the charm of make-believe!
oh, to be deceived sweet bliss is,
bliss still sweeter to deceive.
what thou'lt grant, I know, my fairest,
vowing, 'nay I never must:'
I will trust whate'er thou swearest,
I will swear what thou wilt trust.

THEODORE MARTIN (*from* HEINE).

Muses and Graces together.

IN the lines which you sent are the Muses and Graces:
You've the Nine in your wit, and the Three in your faces.

POPE.

Parce rogare porro.

EST ut in amplexum montes praeruptaque saxa
insinuet nubes aethere lapsa suo:
est ut ament lunae fluctus servire marini:
sed tibi responsum, parce rogare, nego.
parce, age: quid potero tibi respondere? placentne
vel sine luce oculi vel sine flore genae?
sed pereas nolo. iam mitte requirere plura,
ne tibi me facias denique 'vive' loqui.
me tibi teque mihi Parcae pepigere: quid egi
fluctibus adversis obvia facta? nihil.
iam vehar in pontum fluvio delapsa secundo:
parce, precor, verbis: tange, manusque dabo.

T. M.

Oscula.

OSCULA, iucunda tegitis mendacia fraude:
callida candorem fingere lingua, places.
suave capi verbis simulantis vana puellae;
suavius est dominae verba dedisse meae.
quid praestare pares, scimus, mea vita, roganti,
dum testata deos 'non licet istud' ais:
iura; continuo credam: iuratus et ipse
magna loquar: stabilis sit tua parque fides.

H. W. M.

Centum puer artium.

CARMINA misisti Musis Charisinque referta:
Os tibi Tres ornant ingeniumque Novem.

J. F.

What ills the Scholar's life assail!

EATH, old fellow! have we then
come at last so near each other?
well, shake hands; and be to me
a quiet friend, a faithful brother.
All those merry days are gone,
gone with cash and health, old fellow,
when I read long days and nights,
and sometimes (with a friend) got mellow.
Newton! Euclid! fine old ghosts!
noble books of old Greek learning!
ah, ye left huge aches behind,
head and heart and brain all burning.
How I toiled! for one now fled
I wore down the midnight taper,
labouring, dreaming; till one day
I woke, and found my life—a vapour.
Yet I hoped (ah, laugh not now)
for wealth and health and fame—the bubble!
so I climbed up wisdom's steeps,
and got a fall, boy, for my trouble.
Now all's over. no one helped,
no one cheered my strong endeavour;
so I sank, and called on thee,
and thou wilt be my friend for ever.

PROCTER.

The blind Goddess.

HE good live poor, and thou dost waste
on rogues, dame Fortune, all thou hast:
well did the poets make thee blind:
but was it in the eyes or mind?

A.

Mortem orat.

MORS, geniale caput, non aspernata vocantem,
tam vicina mihi sicine castra locas?
quin serimus dextras? sociam fidamque sororem
le tranquilla mihi nectat amicitia.
fugit laeta salus, nummi fugere, simulque
fugerunt hilares iam, mihi crede, dies,
quando ego per luces longas noctesque legebam,
poclaque cum socio rara levamen erant.
Neutone O tuque Euclidae venerabilis umbra,
doctaque Graiorum vos monumenta, libri,
heu mihi quam taetros legastis saepe dolores,
quanta cor incendit fax mihi, quanta caput!
sed tamen immensus spatiisque inclusus iniquis
urere nocturnam lampada iussit amor.
multa laborabam, fingebam somnia multa,
somnia quae subito dispulit orta dies.
sed vel adhuc trepidam (noli ridere) fovebant
spem mihi divitiae, robur, inanis honor.
hinc ego doctrinae scandens interritus arces
deciduus lapsu praecipitante rui.
actumst; nemo mihi Macte acclamabat et Euge,
nemo operi magno suppeditabat opem.
sic ego deficiens aegra te voce vocavi,
tuque mihi fautrix tempus in omne venis.

K.

Σκότον δέδορκας.

Πολλάκις ἐν πενίῃ βίοτον διάγουσιν ἄριστοι,
καὶ τὰ σὰ λῷστα, Τύχη, δῶρα φέρουσι κακοί.
εὖ γε, θεά, τυφλὴν ἔμεναί σε λέγουσιν ἀοιδοί,
εἴτ' ἀλαὸς φρεσὶν εἴτ' ὄμμασιν οὖσα κυρεῖς.

W. F.

Ulysses.

T little profits that an idle king,
by this still hearth, among these idle crags,
matched with an aged wife, I mete and dole
unequal laws unto a savage race,
that hoard and sleep and feed, and know not me.
I cannot rest from travel ; I will drink
life to the lees : all times I have enjoyed
greatly, have suffered greatly, both with those
that loved me, and alone; on shore, and when
through scudding drifts the raving Hyades
vext the dim sea. I am become a name ;
for, always roaming with a hungry heart,
much have I seen and known ; cities of men
and manners.

LORD TENNYSON.

The Divine's Duties.

IVINES can say but what themselves believe ;
strong proofs they have, but not demonstrative :
for, were all sure, then all sides would agree,
and faith itself be lost in certainty.
to live uprightly then is sure the best,
to save ourselves, and not to damn the rest.

GREVILLE MEMOIRS, PART 2.

Honour.

HAT'S honour ? Falstaff says, an idle dream,
for many mortals are not what they seem ;
and him that for another self would pass,
we call 'a Jekyll,' Aesop called 'an ass.'

S. A.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον.

Ὦ πόποι, οὔ τοι ταῦτα θέμις ἀνεμώλιον αὔτως
οἴκῳ ἐν εὐκήλῳ, πέτρῃς ὑπὸ παιπαλοέσσῃς,
γραίης ἀμφ' ἀλόχου βασιλεύεμεν· ἦ ῥα θέμιστας
δεῖ με καπηλεύειν γενεῇ τοιῇδε μετ' ἀνδρῶν
νηπίῃ, οἵτε πανημέριον μεγάροισι ἑοῖσιν
εὕδουσ' ἢ μεθύουσιν ἀτάσθαλοι, οὐδ' ἔτ' ἐμεῖο
μνήσαντ'; ἀλλά μοι ἦτορ ἐνὶ στήθεσσιν ἄνωγεν
ἄλγεα πάσχειν πάντα τά κεν δώωσι θεοί περ.
πλάγξομ'· ἐπεὶ κακὰ πολλὰ πέπονθά τε πολλά τ' ἄρ' ἐσθλὰ
ἀμφ' ἑτάρους ἐριῆρας, ἔπειτα δὲ νόσφιν ἁπάντων,
Πληϊάδων ἅμα δυσμῇ, ὅτ' ἠερύεσσα θάλασσα
πνοιῇς τετρήχῃ, κραιπνὴ δ' ἐπιδέρομε λαῖλαψ·
εὐρύ τέ μοι κλέος ἐστὶν ἐν ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
αἰεὶ δ' ἐν στήθεσσι λιλαιόμενός περ ὁδοῖο
πολλῶν ἀνθρώπων ἴδον ἄστεα καὶ νόον ἔγνων.

G. O. M.

Res divinae.

QUAE tibi de rebus divinis vera videntur
tradere te, doctor relligiose, decet.
argumenta quidem profer tua; fortia sunto;
si non demonstrant ista, probare queant.
quod si certa forent ea quae traduntur, ubi esset
illa tot ad caelum laudibus acta fides?
non damnans alios bene vivas ipse videto:
qui didicit recte vivere salvus erit.

K.

Quid sit Honos.

ALTER 'honos onus est,' 'honor est ὄναρ,' adicit alter:
utraque mens et vox utraque sentit idem.
ille quid est, nugis vani deceptus honoris?
'stultus,' ait Zeno; fabula dixit, 'ὄνος.'

G. N.

Oenone.

THERE lies a vale in Ida, lovelier
than all the valleys of Ionian hills.
the swimming vapour slopes athwart the glen,
puts forth an arm, and creeps from pine to pine,
and loiters, slowly drawn. on either hand
the lawns and meadow-ledges midway down
hang rich in flowers, and far below them roars
the long brook falling through the cloven ravine
in cataract after cataract to the sea.
behind the valley topmost Gargarus
stands up and takes the morning; but in front
the gorges, opening wide apart, reveal
Troas and Ilion's columned citadel,
the crown of Troas. hither came at noon
mournful Oenone, wandering forlorn
of Paris, once her playmate on the hills.
her cheek had lost the rose, and round her neck
floated her hair, or seemed to float, in rest.
she, leaning on a fragment twined with vine,
sang to the stillness, till the mountain shade
sloped downward to her seat from the upper cliff.

'o mother Ida, many-fountained Ida,
dear mother Ida, hearken ere I die.
for now the noonday quiet holds the hill;
the grasshopper is silent in the grass;
the lizard, with his shadow on the stone,
rests like a shadow; and the cicala sleeps.
the purple flowers droop; the golden bee
is lily-cradled: I alone awake.
my eyes are full of tears, my heart of love,
my heart is breaking, and my eyes are dim,
and I am all aweary of my life.'

LORD TENNYSON.

Quid facis, Oenone?

PHRYGIA locus sub Ida iacet abditus, aliis
quot in Ionum iugis sunt speciosior, ubi aquae
vapor ima tranat aegro placide nemora sinu
pinusque reptat inter graditurque pede pigro.
hinc inde prata pendent viridantia mediis
scopulis, feraxque florum nitet irriguus ager,
resonatque rivus infra per adesa loca iugi
laticesque decidentes ciet ad freta pelagi.
hinc summa Gargari stant capiuntque roseam Eo:
nemorum videntur illinc per aperta columina
turrita Pergamorum, diademata Phrygiae.
huc maesta venit Oenone, Hyperione medios
agitante equos, sodali properans sine Paride,
per aprica quem iugorum comitem modo habuerat.
aberat genis rosarum solitus color, umero
fluitabat in decoro fluitareve placide
visast coma acquiescens. silici illa miseriter
innixa vite cincto cecinit tacentibus
siluae iugis, superno nigra donec ab apice
properaret umbra rupem tetigisse ubi caneret.

'Patria o mea creatrix scatebris rigua vagis,
genitrix mea Ida vocem morientis accipe.
iuga nunc meridiei tenet omnia requies,
siluit cicada in herbis, umbram in lapide facit
similis lacertus umbrae calidoque iubare ovat.
fruitur sopore grillus, redolentia capita
violae nigrae reponunt mediisque liliis
apis aurea otiatur: sed ego unica vigilo;
oculi madent fluentes, cruciatque amor animum;
animus labascit aeger: tenebris natat oculus;
taedetque me tueri superi spatia poli.'

R. B.

Right and Wrong.

'NO sign,' groaned he,
'no stirring of God's finger to denote
he wills that right should have supremacy
on earth, not wrong! how helpful could we quote
but one poor instance when He interposed
promptly and surely and beyond mistake
between oppression and its victim, closed
accounts with sin for once, and bade us wake
from our long dream that justice bears no sword,
or else forgets whereto its sharpness serves!
so might we safely mock at what unnerves
faith now, be spared the sapping fear's increase
that haply evil's strife with good shall cease
never on earth. nay, after earth, comes peace,
born out of life-long battle? man's lip curves
with scorn: there also, what if justice swerves
from dealing doom, sets free by no swift stroke
right fettered here by wrong, but leaves life's yoke—
death should loose man from—fresh laid, past release?'

BROWNING.

The Parting Gift.

TAKE this ring, the simple token
of a true and loving heart;
could the spell of fate be broken,
never, never would we part.
soon we lose whate'er is sweetest;
soon we ring enjoyment's knell;
fondest hopes are ever fleetest;
therefore, dearest, fare thee well.

K.

Πόλεμος αἰώνιος.

Ἀτὰρ θεῶν τί δεῖγμα, τοιάδ' ἔστενε,
ποῖον δ' ὄρεγμα χειρός, ὡς κρατεῖν δέον
δίκην ἁπάσης, μηδὲ τἄδικον, χθονός;
ὅσον γ' ἐπωφέλημα προσποιούμενοι
ἅπαξ ἄν, οὔ τι μᾶλλον, εἴπομεν τάδε·
'ὁρᾷς; Διὸς φθάσαν τόδ' οὐ διχορρόπως
τὸν μὲν καθεῖλε πλῆγμα, τὸν παθόντα δὲ
ὤρθωσεν, ἐξέπραξέ τ' ἐντελὲς χρέος·
καίτοι πάλαι τις ἔπλασεν οὐ ξιφηφόρον
Δίκην, ἐφ' ᾧ δὲ θηκτὸν ἀγνοεῖν δόρυ.'
χαίρειν τότ' οὖν ἐῶσιν ἀσφάλει' ἂν ἦν
πίστιν τ' ἄπιστον φρενοβόρον τ' ἀθυμίαν,
μή που κακοῖς ᾖ προσπαλαιούσῃ λύσις
δίκῃ κατὰ χθόν' οὔτις. ἀλλὰ γὰρ κάτω
ἔφυ τις εἰρήνη ποτ' αἰανῆς μάχης;
ἀναίνεται δὴ χεῖλος ἐγγελῶν· τί γάρ,
καὶ τοῖς νεκροῖσιν εἰ παραλλάσσει δίκη
τοῦ μὴ τίνεσθαι; μὴ γάρ, εὐτρεπεῖ χερί
πέδαις δεθεῖσαν ἀνοσίοις λῦσαι δέον
ζωῆς τε δέσμ' ἄρρηκτον ἐξελεῖν, ζυγὸν
Ἄιδης ἄφυκτον αὖθις αὖ προσαρμόσῃ;

R. D. A. H.

Ad Neaeram.

GEMMAM do tibi simplicem, Neaera,
fidi mnemosynon probique cordis;
nos, si fata forent movenda votis,
nullum, lux mea, separaret aevum.
sed dulcissima quaeque mox recedunt,
veloci pede praeterit voluptas,
et, quo blandior, hoc fugacior spes:
ergo, noster amor, vale, Neaera.

K.

Charity never faileth.

HEN poverty, with mien of shame,
the sense of pity seeks to touch,
or, bolder, makes the simple claim
that, I have nothing, you have much;
Believe not either man or book,
that bid you close the opening hand,
and with reproving speech and look
your first and free intent withstand.
Why not believe the simple letter,
that all you give will God restore?
the poor man may deserve it better,
and surely, surely, wants it more.
Let but the rich man do his part,
and, whatso'er the issue be
to those who ask, his answering heart
will gain and grow in sympathy.

LORD HOUGHTON.

The Lessons of the Sea.

ORNE upon the mighty ocean
deep we plough the watery main:
all its chimes of restless motion
empire o'er our spirits gain.
Now we see the sun's warm finger
tip the wave with living red:
now we see the pale moon linger,
ere she seek her morning bed.
Now we watch the foaming billow,
now the gentle ripples creep,
as on Ocean's wavy pillow
winds have lulled themselves to sleep.
Ne'er shall they, who never wander
truant from their native lea,
cope with us, who daily ponder
on thy treasures, mighty sea.

A.

Miseris succurrere disco.

SEU, Miserere, pudens pauper, seu clamitat audax,
des mihi, nil habeo, res satis ampla tibist:
da; neu crede viro, dantem qui fronte refrenet,
neve libro, dictet qui tibi, Claude manum:
crede sacrae potius voci: Tibi foedere certo,
quod fratri dederis, reddet id omne Deus.
fors melius quam tu pauper mereatur habere;
deterius quam tu, scis bene, pauper eget.
det locuples: saltem danti sua munera prosunt;
mens, hominem miserans, discit amare Deum.

K.

Navitarum Experientia.

PER spatia undarum sine fine patentia vecti
aequoreas alta puppe secamus aquas:
concinit unda vices aestu variante: moventur
in numerum domino pectora nostra suo.
est ubi sol rosea spargit face tela per undas,
vividus et tingit marmora summa rubor:
est ubi luna prius pallenti luce moratur
quam matutinum fessa cubile petit.
ante oculos fluctus canenti nunc sale saevit,
nunc amat in curvos leniter ire sinus:
fulta toro quotiens undantis flamina ponti
turbida placatis iam posuere minis.
num sese exaequet nobis, qui cedere numquam
de patriis exul finibus ausus erit?
navita, quotquot eunt soles, in mente recenset
innumeras, ingens quas mare servat, opes.

J. C. M.

The Angler.

HOU that hast loved so long and well
the vale's deep quiet streams,
where the pure water-lilies dwell
shedding forth tender gleams ;
and o'er the pool the May-fly's wing
glances in golden eves of Spring,
Oh ! lone and lovely haunts are thine,
soft, soft the river flows,
wearing the shadow of thy line,
the gloom of alder boughs ;
and in the midst, a richer hue,
one gliding vein of heaven's own blue.
And there but low sweet sounds are heard—
the whisper of the reed,
the plashing trout, the rustling bird,
the scythe upon the mead ;
yet, through the murmuring osiers near
there steals a step which mortals fear.
'Tis not the stag that comes to lave,
at noon his panting breast ;
'tis not the bittern by the wave
seeking her sedgy nest.
the air is fill'd with summer's breath ;
the young flowers laugh, yet look ! 'tis death.
But if, where silvery currents rove,
thy heart, grown still and sage,
hath learned to read the words of love
that shine o'er nature's page ;
if holy thougnts thy guests have been
under the shade of willow green,
Then, lover of the silent hour
by deep lone waters pass'd,
thence hast thou drawn a faith, a power
to cheer thee through the last ;
and, wont on brighter worlds to dwell,
may'st calmly bid thy streams farewell.

FELICIA HEMANS.

Tremula dum captat harundine pisces.

QUI bene, qui dudum vallis, piscator, amasti
flumina, qua ripis incubat alta quies,
lilia qua crescunt, rivi castissima proles,
et tenerum jaciunt inde vel inde iubar,
quaque super stagnum dio sub vespere muscae
a Maio nomen quae trahit, ala salit,
sunt tibi, sunt latebrae dulces solique recessus ;
lympha fugax molles molliter urget aquas :
umbra tui lini summo jacet aequore picta,
redditur e vitreis alnus opaca vadis ;
at color in medio splendet magis, amne secundo
labitur aetherii caerula vena poli :
auditurque nihil nisi quae dulcedine mulcent,
aut lene a tremulis murmur harundinibus,
aut trutta exsiliens aut arbor ab alite mota,
aut procul arguta falce resecta seges.
at furtim interea saliceta per avia repens
ille homini semper pes metuendus adit.
non sonus est cervi gelidas properantis ad undas
aestibus ut mediis pectora anhela lavet :
nec planta ardeolaest quae iuxta flumina currens
quaerit harundineos exagitata lares.
aura poli aestatem redolet ; nascentia rident
germina : sed certo mors venit ecce gradu.
si tamen accrevit placido sapientia cordi
qua natae vitreo fonte vagentur aquae ;
si legere illa potes quae dextra scripta benigni
numinis in terris undique visa nitent ;
si qua glauca salix gratam tibi praebuit umbram
mos erat aeternum tollere laude Deum ;
tum tibi, qui tecum meditari talia gaudes
et tacitum ad solas fallere tempus aquas,
sancta fides dabitur, dabitur spes vivida, vitae
quae vel ad extremum te beet usque diem ;
et, quia regna sequi solitus meliora, licebit
fontibus his salva dicere pace Vale !

H. H.

Dirge.

IF thou wilt ease thine heart
of love and all its smart,
then sleep, dear, sleep,
and not a sorrow
hang any tear on thine eyelashes:
lie still and deep,
sad soul, until the sea-wave washes
the rim of the sun to-morrow
in eastern sky.
but wilt thou cure thine heart
of love and all its smart,
then die, dear, die;
'tis deeper, sweeter
than on a rose-bank to be dreaming
with folded eye;
and then alone, amid the beaming
of love's stars, thou'lt meet her
in eastern sky.

BEDDOES.

Daring Ambition.

WE get so near, so very, very near!
'tis an old tale: Jove strikes the Titans down,
not when they set about their mountain-piling,
but when another rock would crown their work.
and Phaethon—doubtless his first radiant plunge
astonished mortals; though the gods were calm,
and Jove prepared his thunder: all old tales.

R. BROWNING.

Ἀχέων Ἄκος.

Εἰ μὲν θέλοις ἔρωτα
μεθεὶς ἄχη τ' ἔρωτος
λύσιν βραχεῖαν εὑρεῖν,
εὔδοις ἄν, ὦ φίλ', εὔδοις,
μηδ' ὀφρύσιν τερείναις
βάλοι τι δάκρυ λύπη·
ἔνδον δὲ κεῖσ' ἕκηλος,
ἀμαυρὲ θυμέ, κεῖσο
ἕως ἂν οἶδμα λούσῃ
Φοίβου χνόας ἑῴην
ἐς αὔριον κατ' αἴθρην.
ἀλλ' εἰ θέλοις ἔρωτα
φυγὼν ἄχη τ' ἔρωτος
σὴν καρδίην ἀκεῖσθαι,
θάνοις ἄν, ὦ φίλ', εὐθύς·
βάθιόν ἐστι τοῦτο,
ἥδιον, ἢ 'ν ῥοδῶνι
κλιθέντ' ὄνειρ' ἰδέσθαι
σὸν ὄμμα συμβαλόντα·
οὕτω γὰρ ἐντύχοις ἂν
αὐτῇ ποτ', εὖτ' ἔρωτος
ὄρωρεν ἄστρ', ἑῴην
μόνος μόνῃ κατ' αἴθρην.

K.

Ridet si mortalis ultra Fas trepidat.

AT prope perventumst, heu quam prope! fabula prisca:
Juppiter audaces Titanas deicit, haud cum
montibus instituunt primos involvere montes,
verum operi exacto scopulus cum deficit unus.
quid Phaethon? rutilo mortales obstupefecit
introitu, quamquam placida di pace sedebant,
dum Pater exacuit sua fulmina. fabula priscast.

K.

Break, break, break.

REAK, break, break
on thy cold gray stones, o Sea;
and I would that my tongue could utter
the thoughts that arise in me.
O, well for the fisherman's boy
that he shouts with his sister at play;
o, well for the sailor lad
that he sings in his boat on the bay.
And the stately ships go on
to their haven under the hill:
but oh for the touch of a vanished hand,
and the sound of a voice that is still.
Break, break, break,
at the foot of the crags, o Sea;
but the tender grace of a day that is dead
will never come back to me.

LORD TENNYSON.

On a Poor Man's Grave.

ARD was his path in life,
heavy the load he drew;
how heavy and how hard,
God only knew.
if then he seemed to thee
a laggard in life's race,
haply to God who knew
he moved apace.
easy thy path and smooth,
thy burden too is light,
fear lest thy speed be not
speed in God's sight.
he laboured to the end,
thy life is not yet past;
see thou be found as he
was at the last.

P. P.

Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα.

ANAS, o mare frigidum,
cautes tunde tuis, tunde fragoribus:
vellem sic ego promere
quae concepta latent corde sub intimo.
felix qui strepitu puer
ad lusus sociam provocat aemulos:
felix qui fragilem regens
lintrem nauta rudes ingeminat modos.
celsae deveniunt rates
portum sub viridi valle reconditum:
sed quo vox ea fugit et
dextrae dextra meae iuncta fideliter?
imas, o mare pervicax,
rupes tunde tuis, tunde fragoribus;
sed nil praeteritum diem et
vitae molle meae reddiderit decus.

H. J. H.

Suos novit Dominus.

IC grave traxit onus, durum quoque pertulit aevum;
quam grave, quam durum, sunt ea nota Deo.
si tibi visus erat stadium decurrere segnis,
hunc Dominus forsan viderit esse citum.
tu leve pondus habes facilique in calle; timeto,
cum citus is, Illi ne videare piger.
pertulit ad finem hic: superest tibi vita: fac ergo
tu quoque sis, parto fine, quod ille fuit.

K.

The Stream of Life.

STREAM descending to the sea
thy mossy banks between,
thy flowerets blow, thy grasses grow,
thy leafy trees are green.
in garden plots the children play,
the fields the labourers till,
and houses stand on either hand,
and thou descendest still.
o life descending into death,
our waking eyes behold
parent and friend thy lapse attend,
companions young and old.
strong purposes our minds possess,
our hearts affections fill;
we toil and earn, we seek and learn,
and thou descendest still.
o end to which our currents tend,
inevitable sea
to which we flow, what do we know,
what shall we guess, of thee?
a roar we hear upon thy shore,
as we our course fulfil;
scarce we divine a sun will shine,
and be above us still.

A. H. CLOUGH.

The Poet King.

FLACCUS in thy Caesar proudly own;
thy poet-king, fair city, richly crown;
in ivy-wreaths entwine thy treasured gold,
and into bays thy choicest emeralds mould.

K.

Labitur et labetur.

MUSCOSAS inter ripas placidissimus errans
ad mare declivi, Tamesi, curris aqua.
en tibi luxuriant flores, tibi gramina crescunt,
pensilibusque virens arbor opaca comis.
per spatia hortorum pueriles undique coetus
indulgent ludo : rusticus arva colit,
innumerasque domos hinc stantes cernis et illinc,
et tu decidua currere pergis aqua.
quot tibi labenti comites, o vita, parantur,
dum traheris lento mortis ad antra gradu !
nunc pater et mater, mox et comitantur amici,
plurima te iuvenum, plurima turba senum.
consiliis nosmet validis agitamus euntes,
motibus et variis pectora versat amor.
nos studiis petimus doctrinam, lucra labore ;
et tu deciduum currere pergis iter.
o mare vitandum nulli, quot vivimus, o tu
termine, quo certa cogimur ire via,
dic age, quid de te scimus ? documentane quaedam,
vera piae menti quae videantur, habes ?
qui prope finito subiit tua litora cursu,
murmurat huic tremula mollis in aure fragor
vix ita divinare docens : sol haec erit ultra
litora, qua tutus luce viator eat.

K.

Inscriptum in Albo Gazophylacii Monacensis.
A. S. MDCCCXLV.

AUGUSTUM Flaccumque viro miraris in uno,
rege tuo felix, urbs pia, vate tuo :
finge hederas auro, laurus imitare smaragdis,
ut decoret tantum digna corona caput.

K.

Idyl.

OME down, O maid, from yonder mountain height;
for Love is of the valley; come thou down,
and find him; by the happy threshold, he,
or hand in hand with Plenty in the maize,
or red with spurted purple of the vats,
or fox-like in the vine; nor cares to walk
with Death and Morning on the silver horns;
nor wilt thou snare him in the white ravine,
nor find him dropt upon the firths of ice,
that huddling slant in furrow-cloven falls
to roll the torrent out of dusky doors.
but follow: let the torrent dance thee down
to find him in the valley; let the wild
lean-headed eagles yelp alone, and leave
the monstrous ledges there to slope, and spill
their thousand wreaths of dangling water-smoke.
that, like a broken purpose, waste in air:
so waste not thou, but come; for all the vales
await thee; azure pillars of the hearth
arise to thee; the children call; and I
thy shepherd pipe, and sweet is every sound,—
sweeter thy voice, but every sound is sweet:
myriads of rivulets hurrying through the lawn,
the moan of doves in immemorial elms,
and murmuring of innumerable bees.

LORD TENNYSON.

Up in the Morning.

F thou art sleeping, maiden,
awake and open thy door:
'tis the break of day, and we must away
o'er meadow and mount and moor.
wait not to find thy slippers,
but come with thy naked feet:
we shall have to pass through the dewy grass
and waters wide and fleet.

LONGFELLOW.

Huc ades.

Λῆς, φίλα, ὧδ' ἐνθῆν, ἕδος ὥρεος αἰπὺ λιποῖσα;
χῶρον Ἔρως φιλέει θεὸς ἥμενον· ἔνθ' ἐπ' Ἔρωτα.
ὀλβίω ἦ μάλα τῆνον ἐπὶ προθύροιο τὺ λαψῇ,
ἢ 'ν σταχύεσσι καλᾷ συνεπισπόμενον μετ' Ὀπώρᾳ.
ἔντι δ' ὅχ' ὡυτὸς ἐβαπτίσθη τρυγὶ πορφυρέσσᾳ,
ἔνθ' ὅκ' ἀλωάων κέεται μέσος ἠύτ' ἀλώπηξ·
ἀλλά οἱ οὐ κορυφαὶ κατὰ τὸν νόον ἀργικέρωτες
ἔνθ' ἀὼς νάρκαις μετ' ἀνιαραῖσι πολεῖται,
οὐδ' αὐλῶνι θεὸς θηράσιμος ἐν νιφόεντι,
οὐδὲ γυᾶν ἔπι κεκλιμένος χειμῶνι παγεισᾶν,
ταί τε φέροντι κάτω, φαίη κέ τις ἔργον ἀρότρω,
ἐκ δὲ καταχὲς ὕδωρ σκιερᾶν πέμποντι θυράων.
αἰετὸν οἷον ἔα λεπτόστομον ὠρύσασθαι,
ὑψόθε δ' αἴκα λῆς μετὰ νάματα ποσσὶ χορεῦσαι,
τὼς καταβᾶθι θεὸν ἐιζημένα· ἄγκεα πάντα
ἐλπίδ' ἔχοντι τεοῦς. βωστρεῖ τυ τὰ παιδία· καπνῶ
κίονες ὠράνιαι κατὰ πᾶν στέγος ἑστήκαντι·
χὠ σὸς ἐγὼ ποιμὰν τυρίσδω, πάντα τ' ἀείδει,
γλῶσσα μὲν ὧν κλῄσδει σέθεν ἄδιον, ἀδὺ δὲ πάντα·
ἀδὺ κατειβομένοις κελαρύσδει νάμασι λειμών,
τρυγόνες ἀρχαίαισιν ἐπὶ πτελέαις στενάχοντι,
βομβεῖ δ' ἐν κάποισιν ἀνάριθμα φῦλα μελισσᾶν.

W. G. C.

Surge age.

SI vel adhuc, virgo, somnus tua lumina claudit,
erige te lecto, nec mora, pande fores:
aspicis? Aurorae nova lux rubet: en age mecum
per iuga per campos prataque carpe viam.
nec curae tibi sit suris aptare cothurnos,
sed mihi vel nudum crede, puella, pedem.
per fluvios latos iter est quaque aestuat unda,
per quae mane novo gramina rore micant.

F. T. C.

Vivien.

BUT Vivien, fearing Heaven had heard her oath,
and dazzled by the livid-flickering fork,
and deafened with the stammering cracks and claps
that followed, clung to him and hugged him close,
and called him dear protector in her fright,
nor yet forgot her practice in her fright,
but wrought upon his mood, and hugged him close.
she shook from fear, and for her fault she wept
of petulancy; she called him lord and liege,
her seer, her bard, her silver star of eve,
her god, her Merlin, the one passionate love
of her whole life: and ever overhead
bellowed the tempest, and the rotten branch
snapt in the rushing of the river-rain
above them: and in change of glare and gloom
her eyes and neck glittering went and came:
till now the storm, its burst of passion spent
moaning and calling out of other lands,
had left the ravaged woodland yet once more
to peace: and what should not have been had been,
for Merlin, overtalked and overworn,
had yielded, told her all the charm and slept.

LORD TENNYSON.

The Homesick Rose.

A ROSEBUD from its native thorn
plucked by thy gentle hand at morn,
thou sent'st me: but ere eventide
homesick it pined away and died.
and in this little song from me
its odorous breath returns to thee.

K. *from* UHLAND.

Quid femina possit.

AT Canace, nequis deus impia sacramenta
audierit metuens, necnon splendore corusco
fulguris obcaecata oculos ignique trisulco,
ictibus et tonitrus balbi obtundentibus aures
territa, se iungit vetulo, complexibus haerens
iam propior : tutorem illum compulsa pavore
carum appellabat. necdum pavor excutit artem ;
urget enim illecebris vel nunc, complexibus haerens
iam propior. tremefacta metu flensque exprobrat iras
ipsa sibi: illum etenim regem sua corda tenere
fatidicum, vatemque, argento purius astrum,
divum Tiresiamque : uno se semper in illo
arsisse, atque imis flammam traxisse medullis.
interea mugit supra caput ira procellae,
aridaque effusa pluviarum frangitur arbos
diluvie; vicibus flammae et caliginis atrae
itque reditque nitor cervici oculisque puellae.
exhausta demum rabie missoque furore
tandem e longinquis mittens suspiria terris
tempestas iterum loca devastata quieti
reddiderat. sed facta manent quae infecta manerent;
vates fessus enim debellatusque loquella
dixerat omne illi carmen somnoque iacebat.

H. J. H.

Rosa Desiderans.

DECERPTAM propria manu
misisti, Lalage, mane mihi rosam :
sed desiderio tui
languescens periit vespere flosculus :
et nunc te repetens odor
expirat tenero carminis halitu.

K.

A Geological Specimen.

HERE shall we our great Professor inter,
that in peace may rest his bones?
if we hew him a rocky sepulchre,
he will rise and break the stones,
and examine each stratum that lies around,
for he's quite in his element underground.
If with mattock and spade his body we lay
in the common alluvial soil,
he'll start up, and snatch those tools away
of his own geological toil.
in a stratum so young the Professor disdains
that embedded should lie his organic remains.
Then, exposed to the drip of some case-hardening spring,
his carcase let stalactite cover;
and to Oxford the petrified sage let us bring,
when he is encrusted all over:
there 'mid mammoths and crocodiles, high on a shelf,
let him stand as a monument raised to himself.

WHATELY.

Hath Song a balm for Grief?

E hearts that break and give no sign
save whitening lips and fading tresses,
till Death pours out his cordial wine
slow dropped from Misery's crushing presses;
if singing breath or echoing chord
to every hidden pang were given,
what endless melodies were poured,
as sad as Earth, as sweet as Heaven!

O. W. HOLMES.

The Papal Aggression.

ITH Pius Wiseman tries to lay us under ban:
o Pius, man unwise, o impious Wiseman!

S.

Monumentum aere perennius.

NOSTER erit quali tumulandus funere Doctor,
incluta quo possint ossa quiete frui?
si validum struimus proscisso monte sepulcrum,
surget, et impacta saxa bipenne ruet,
quaelibet explorans telluris strata propinquae;
siquis enim, Terrae filius ille iacet.
audeat hunc aliquis vulgari tradere glaebae,
flumina quam longo deposuere luto,
excitus eripiat cuneos durosque ligones,
quae proprius quondam gesserat arma labor.
tamne recente velit Doctor gravis ille cubili
ipsius organicas sternere reliquias?
at potius, gelido qua stiria pendet ab antro,
deciduae sensim vi solidetur aquae:
mox incrustatum glaciali marmore corpus
excipias clari tu, Rhedycina, sophi,
mixtus ubi Ogygiis elephantibus et crocodilis,
sed tamen editior, stet, suus ipse lapis.

K.

Medicina Doloris.

DICITE, qui luctu marcentes signa dedistis
sola quod albescunt labra senentque comae,
donec ab Aerumnae pressatis aestuet uvis
quod medicum tarde dat Libitina merum;
si canere occulti muto sub pectore luctus
aut chorda possent si resonante loqui,
maestitiam terrae solantes nectare caeli
quot fluerent dulces tempus in omne modi!

Bellum Papale.

QUM Sapiente Pius nostras iuravit in aras;
impius heu Sapiens insipiensque Pius!

S.

Visions of the Future.

FOR I dipt into the future
far as human eye could see,
saw the vision of the world
and all the wonder that would be,
saw the heavens fill with commerce,
argosies of magic sails,
pilots of the purple twilight
dropping down with costly bales,
heard the heavens fill with shouting,
and there rained a ghastly dew
from the nations' airy navies
grappling in the central blue,
far along the world-wide whisper
of the south wind rushing warm,
with the standards of the peoples
plunging through the thunder-storm;
till the war-drum throbbed no longer,
and the battle-flags were furled
in the parliament of man,
the federation of the world.

LORD TENNYSON.

Inscription at Melbourne.

REST, weary stranger, in this shady cave,
and taste, if languid, of the mineral wave.
there's virtue in the draught, for health that flies
from crowded cities and their smoky skies,
here lends her power to every glade and hill,
strength to the breeze, and medicine to the rill.

HON. G. LAMB.

Quid sit Futurum.

QUANTUM sciebant lumina prendere
humana, vidi, fataque gentium
promissa mirandosque casus,
indicium venientis aevi;
vidi scatentem mercibus aera,
non usitatis vidi ego linteis
puppes adurgeri et magistros
vespere purpureo rubentes
deferre gazas desuper aureas,
caelumque sese murmure bellico
miscere, feralesque labi
caeruleum per inane rores,
haerente classi classe per aetheris
tractus supernos, unde tepentibus
late susurraret per orbem
flaminibus furialis auster;
interque nimbos fulmine luridos
deproeliantum signa cohortium
iactata volvi, dum fragores
dedidicit tuba bellicosos,
nec iam explicantur martia per suos
vexilla malos; sedit amabilis
conventus, et commune foedus
unanimae voluere gentes.

H. A. J. M.

Fonte cadit medico.

HOC specus umbrosum requiem tibi, fesse viator,
et ferruginei pocula fontis habet,
si langues, haustu revocabere, nam grave caelum
quae fugit et densas urbis Hygeia vias
haec nemora, hos saltus implet virtute salubri,
vimque suam zephyro dat, medicamen aquae.

K.

The Armada.

AND the night went down and the sun smiled out
far over the summer sea,
and the Spanish fleet with broken sides lay round
us all in a ring;
but they dared not touch us again, for they feared that we
still could sting,
so they watched what the end would be.
and we had not fought them in vain,
but in perilous plight were we,
seeing forty of our poor hundred were slain,
and half of the rest of us maimed for life
in the crash of the cannonades and the desperate strife;
and the sick men down in the hold were most of them
stark and cold,
and the pikes were all broken or bent, and the powder was
all of it spent;
and the masts and the rigging were lying over the side.

LORD TENNYSON.

St. Denis to St. Cupid.

TELL me not, sweet, I am unkind,
that, from the nunnerie
of thy chaste breaste and quiet minde
to war and arms I flie.
true, a new mistress now I chase,
the first foe in the field,
and with a stronger faith embrace
a sword, a horse, a shield.
yet this inconstancy is such
as you too shall adore;
I could not love thee, deare, so much,
loved I not honour more.

LOVELACE.

Ἀπόλλυται στρατὸς δαμασθεὶς ναΐοισιν ἐμβολαῖς.

νὺξ δ' ἐκλέλοιπεν, ἠλιός τ' ἐπ' οἴδματι
γελᾷ γέλασμ' ἄτερμον· αἱ δ' ἐρραισμένοις
πλήθουσι κύκλῳ δόρασι Μηδικαὶ πλάται.
βίας δ' ἐγεύσαντ' οὐκέθ', Ἕλληνα στρατὸν
κἀκ τῶνδε μή τι δῆγμ' ἐνῇ φοβούμενοι.
χοὶ μὲν καραδοκοῦντες ἤλπιζον τέλος·
ἡμῖν δ' ἄρ' ἀγὼν ἦν μὲν οὐκ ἀνήνυτος,
δεινῶς γε μὴν ἐκείμεθ'· ἐξώλοντο γὰρ
τῶν ἡμιν ἑκατὸν ἀθλίων δὶς εἴκοσι.
ὅσοι δ' ἐπιζῴημεν, οὐ μεῖον μέρος
βλάβας ἐκεκτήμεσθ' ἀνιάτων παθῶν
καθ' αἱμάτων χάλαζαν ἐν κλόνῳ δορός.
καὶ τοῖς κατ' ἄντλον τραυμάτων ἠσσημένοις
Ἅιδης ἔπηξε γυῖα· πᾶσα δ' ἐγχέων
ἀκμὴ κέκαμπται καὶ διέρρηκται δίχα,
βέλος δ' ὑπῆν ἔτ' οὐδέν· ἐκ τοίχων δ' ἄκρων
ἱστοῦ κάταγμ' ἔκειτο ναΐων θ' ὅπλων.

R. D. A. H.

Cui bello est habilis Veneri quoque convenit.

QUOD fera tam castis mutare recessibus arma
cogimur, eque tuo longius ire sinu,
parce, precor, verbis nimium indulgere severis:
non adeo tuus est, lux mea, durus amans.
quid si, acie primum quemcumque offendimus hostem,
est novus a nobis iste petendus amor,
si clipeo potius, si basia iungimus ensi,
ardentique magis corde perimus ecum?
attamen et tibi se mea vita probaverit ipsi,
nec nihil haec levitas quo capiaris habet;
nam tu, crede mihi, non tam dilecta fuisses,
ni tibi decressem praeposuisse decus.

G. J. K.

The Gladness of Nature.

IS this a time to be cloudy and sad,
when our mother Nature laughs around;
when even the deep blue heavens look glad,
and gladness breathes from the blossoming ground?
There are notes of joy from the hangbird and wren,
and the gossip of swallows through all the sky;
the ground-squirrel gaily chirps by his den,
and the wilding bee hums merrily by.
The clouds are at play in the azure space,
and their shadows at play in the bright green vale;
and here they stretch to the frolic chase,
and there they roll on the easy gale.
There's a dance of leaves on the aspen bower,
there's a titter of winds in that beechen tree;
there's a smile on the fruit, and smile on the flower,
and a laugh from the brook that runs to the sea.
And look at the broad-faced sun, how he smiles
on the dewy earth that smiles in his ray,
on the leaping waters, and gay young isles:—
aye, look, and he'll smile thy gloom away.

BRYANT.

The Dead Love.

WHITE art thou, my maiden,
canst not whiter be:
warm my love is, maiden,
cannot warmer be.
but when dead, my maiden,
white was she still more,
and, poor lad, I love her
warmer than before.

From the RUTHENIAN.

Omnia rident.

DEME supercilio nubem; cur tristia versas
cum Natura parens undique laeta nitet,
caerula cum caeli supra ridere videntur,
et tibi laetitiam florens halat ager?
regulus en gaudet pendensque ex arbore picus;
gaudet hirundineum, garrula turba, genus:
of these frail houses, though the grave confines:
sophist may urge his cunning tests, and deem
that they are earth;—but they are heavenly shrines.

LYRA APOSTOLICA.

Captae superavimus Urbi.

LEBILES propter Babylonis amnem
sedimus nostri memores Sionis ;
interim rami citharam saligni
quamque tenebant
pendulam, mutis fidibus. Sed, ecce,
flentibus servis domini imminentes
de Sionaeis sibi cantilenis
una canatur
imperant, laetis socianda chordis.
mene, quos nostro cecini Jehovae,
mene delenire meis profanas
cantibus aures ?
O Sionaei iuga sancta montis,
hora si vestras mihi mente delet
ulla convalles, propriae fatiscat
immemor artis
dextra ; nec linguae sua vis supersit,
ulla cum dicam mihi dulciora,
quam tui quondam, Solyme, fuerunt
gaudia templi.

K.

Est Deus in nobis.

IVET adhuc veterum, qui sunt in pulvere, patrum
cara Deo, docuit sic Deus ipse, cohors,
ceu premerentur humo luctantia semina vitae,
dum rupto eliceret caespite summa dies.
has itaque exuvias, quamvis sapientia mendax
mole putet tumuli semper inerte premi,
debita conservat reverentia ; quaeque sophistes
esse lutum fingit, sunt ea templa Dei.

K.

The Year.

N childhood, when, with eager eyes,
the season-measured year I viewed,
all, garbed in fairy guise,
pledged constancy of good.
spring sang of heaven; the summer flowers
let me gaze on, and did not fade;
even suns o'er autumn's bowers
heard my strong wish, and stayed.
they came and went, the short-lived four;
yet, as their varying dance they wove,
to my young heart each bore
its own sure claim of love.
far different now!—the whirling year
vainly my dizzy eyes pursue,
and its fair tints appear
all blent in one dusk hue.
why dwell on rich autumnal lights,
spring-time, or winter's social ring?
long days are fireside nights,
brown autumn is fresh spring.
then what this world to thee, my heart?
its gifts nor feed thee nor can bless;
thou hast no owner's part
in all its fleetingness.
the flame, the storm, the quaking ground,
earth's joy, earth's terror, nought is thine;
thou must but hear the sound
of the still voice divine.
O princely lot! o blissful art!
e'en while by sense of change opprest,
thus to forecast in heart
heaven's age of fearless rest.

LYRA APOSTOLICA.

In se sua per Vestigia volvitur Annus.

ANNUM temporibus dispositum suis
dum miror cupido lumine parvulus,
sponderi mihi visa est
mansuri series boni.
ver caeli cecinit gaudia; non Canis
aestatis roseum praeripuit decus;
nec sol ipse rogatas
invidit foliis moras.
venerunt Charites quattuor et vice
discessere cita: sed puero breves
saltus inter amoris
pignus quaeque tulit suum.
ut versa est species! Ut rapidum sequor
annum vix oculis deficientibus!
pallet, praeterit omnis
subsidens tenebris color.
autumnale iubar quid morer, aut opes
vernas, aut hiemis concilia et choros?
nil Octobribus horis
Maiae, nil brevior dies
longo discrepat. O pars melior mei,
quo te terra beat munere, quo cibo
pascit? num fugitivi
menses te dominam vocant?
tempestas, tonitru, flamma, tremor soli,
terrarum timor et gaudia, nil tuum:
observanda tibi una est
magni vox tenuis Dei.
O regum mihi sors sorte beatior,
dum motus quatiunt, dumque metus, metu
sic motuque vacantem
praesensisse animo polum!

K.

The Wonders of the Deep.

HEY that go down to the sea in ships,
and do business in great waters;
these men see the works of the Lord,
and his wonders in the deep.
for at his word the stormy wind ariseth,
which lifteth up the waves thereof.
they are carried up to the heaven, and down again to the deep:
their soul melteth away because of their trouble.
they reel to and fro, and stagger like a drunken man,
and are at their wit's end.
so when they cry unto the Lord in their trouble,
he delivereth them out of their distress.
for he maketh the storm to cease,
so that the waves thereof are still.
then are they glad because they are at rest
and so he bringeth them to the haven where they would be.

PSALM CVII.

Means of Grace.

ORD, I have fasted, I have prayed,
and sackcloth has my girdle been,
to purge my soul I have essayed
with hunger blank and vigil keen.
o God of mercy! why am I
still haunted by the self I fly?
sackcloth is a girdle good,
o bind it round thee still;
fasting, it is angels' food,
and Jesus loved the night-air chill;
yet think not prayer and fast were given
to make one step 'twixt earth and heaven.

LYRA APOSTOLICA.

Miracula Ponti.

Ὅσοι βεβῶτες πόντιοι νεῶν ἔπι
ἐν εὐρυνώτῳ χρήματα σπεύδουσ' ἁλί,
τούτοις πάρεστιν εἰσορᾶν τὸν Κύριον
ὁποῖα θαύματ' ἐν βυθοῖς ἐργάζεται.
κείνου γὰρ ἐντέλλοντος εὐθὺς ὄρνυται
τυφὼς ἀείρων οἶδμ' ἁλὸς μετάρσιον.
οἱ δ' οὖν ἐς αἰθέρ', ἄλλοτ' ἐς πόντου βάθη
χωροῦσ' ἄνω τε καὶ κάτω φορούμενοι·
καὶ πᾶς τις ἔνδον τήκεται λύπης ὕπο.
βίᾳ γὰρ ἄλλοτ' ἄλλοσ', ὡς οἰνωμένοι,
σκιρτῶσιν εἰλίσσουσι παράφορον πόδα,
ἤδη παραλλάσσοντες ἕξεδροι φρενῶν.
ὅταν δ' ἀμηχανοῦντες εὔχωνται Θεῷ,
ἐκρύεται σφᾶς τοῦ ταλαιπώρου πάθους·
κοιμᾷ γὰρ οὖν ἄελλαν, ὥστ' ἀκύμονα
θάλασσαν εὖδειν· οἱ δ' ὁρῶντες εὐδίαν
χαίρουσ'· ὁ δ' ὅρμον ὃν ποθοῦσιν εἰσάγει.

T. S. E.

Ardua prima Via est.

DIXI saepe preces, egi ieiunia, vinxi
mollia saetoso tegmine membra, Deus:
utque animum turpi purgarem adspergine, saepe
est temptata mihi nox vigil, aegra fames.
dic, Pater, humanos semper miserate labores,
cur me sic fugiens sic tamen ipse sequor?
corpora saetosum confirmat fortia tegmen;
hoc igitur circa pectus, ut ante, liga:
saepe fuere cibo superis ieiunia turbis;
Christo in deliciis frigora noctis erant.
sed ne tu precibus, ne per ieiunia caelum
crede rapi, nulla praepediente mora.

K.

The Better Land.

HEAR thee speak of the better land,
thou callest its children a happy band :
mother, oh where is that radiant shore ;
shall we not seek it, and weep no more ?
is it where the flower of the orange blows,
and the fire-flies dance through the myrtle-boughs ?—
not there, not there, my child.
is it where the feathery palm-trees rise,
and the date grows ripe under sunny skies ;
or midst the green islands of glittering seas,
where fragrant forests perfume the breeze,
and strange bright birds on their starry wings
bear the rich hues of all glorious things ?—
not there, not there, my child.
is it far away in some region old,
where the river wanders o'er sands of gold,
where the burning rays of the ruby shine,
and the diamond lights up the secret mine,
and the pearl gleams forth from the coral strand ;
is it there, sweet mother, that better land ?—
not there, not there, my child.
eye hath not seen it, my gentle boy ;
ear hath not heard its deep songs of joy ;
dreams cannot picture a world so fair,
sorrow and death may not enter there ;
time doth not breathe on its fadeless bloom ;
for beyond the clouds and beyond the tomb,
it is there, it is there, my child.

FELICIA HEMANS.

Arva beata petamus Arva.

NARRAS de meliore, mater, ora;
felices ibi credis esse coetus:
dic o dic ubi sit; licetne terram
fulgentem petere et carere fletu?
an qua flore citri renidet aestas,
et musca saliunt flagrante myrti?—
terram quam cupis haud ibi est, puelle.—
an qua sub face laetiore fructus
alatae properat tumere palmae,
qua splendor maris insulis inerrat
silvosis, zephyrosque odorat arbor,
stellatisque avium caterva pennis
rerum mille novos rapit colores?—
terram quam cupis haud ibi est, puelle.—
an mundo procul abditur vetusto,
qua flumen ruit aureis arenis,
qua secreta vibrant per antra lucem
gemmae multicolore fulgurantes
scintilla, niveisque margaritis
albet curalium micantis actae?—
terram quam cupis haud ibi est, puelle.
nulli visi oculo, tenelle, nulla
laetos succinuit modos in aure:
numquam mens ita liberam creavit
letoque et lacrimis serenitatem.
nam, qua nescit edax nocere tempus,
trans nubes radiat nigras, sepulcri
vernat trans hiemem beata tellus.

K.

Sonnetto.

OV' è, Signor, la tua grandezza antica,
e l' ammanto di luce, e l' aureo trono ?
dove il fulmin tremendo, il lampo, il tuono,
e l' atra nube che al tuo piè s' implica ?
parmi che turba rea m' insulti e dica :
questi è il tuo Nume ? e quel vagito è il suono
scotitor de la terra ? e quelle sono
le man' ch' arser Gomorra empia impudica ?
esci, gran Dio, da l' umil cuna, e in tempio
cangiato il vil presepio, al primo onore
torna del soglio, e sì favella a l' empio :
vedrai, vedrai del giusto mio furore
la forza immensa a tuo gran danno e scempio,
tu che non sai quanto in me possa amore.

ANTONIO TOMMASI.

The Restitution of Man.

SON, in whom my soul hath chief delight,
Son of my bosom, Son who art alone
my word, my wisdom, and effectual might,
all hast thou spoken as my thoughts are, all
as my eternal purpose hath decreed :
man shall not quite be lost, but saved who will ;
yet not of will in him, but grace in me
freely vouchsafed ; once more I will renew
his lapsed powers, though forfeit, and enthralled
by sin to foul exorbitant desires ;
upheld by me, yet once more he shall stand
on even ground against his mortal foe ;
by me upheld, that he may know how frail
his fallen condition is, and to me owe
all his deliverance, and to none but me.

MILTON.

Deus in Cunis.

NUNC ubi majestas ? Ubi nunc, Deus, aurea sedes?
circumfusa tibi taenia lucis ubi ?
fulgur ubi tonitruque tuum fulmenque tremendum,
quaeque obducta tuos implicat umbra pedes ?
impia gens risu me provocat: Hoc tibi numen
scilicet, et mundum vox quatit ista suum ?
haene manus, quibus ultricem jaculantibus ignem
nequitiae poenas foeda Gomorra dedit ?
quo potes usque pati ? templum praesepia fiant;
surge tuis cunis, maxime, surge, Deus:
surge potens soliique tui reparatus honore
protere terribili voce rebelle caput:
qui quid amor valeat nescis meus, in tua damna
quid valeat disces vindicis ira Dei.

K.

Sceleris Vestigia nostri irrita.

Ὦ Τέκνον, ἀμῆς καρδίας τὰ φίλτατα,
ἀγαπητὲ Τέκνον, ὃς μόνος πάντων ἔφυς
Σοφία Λόγος τε παντελὴς τ' ἰσχὺς ἐμή,
προσῳδὰ μὲν πάντ' εἶπας οἷς ἐφρύντισα
ξύμφωνα δ' οἷς ἔγνωκ' ἀπ' αἰώνων ἐπὶ
αἰῶνας· ἄνθρωπος γὰρ οὐ πανώλεθρος
πέπτωκεν, ἢν δέ τις θέλῃ σωθήσεται·
οὐ μὴν θέλων μὲν κεῖνος, ἀλλ' ἐμοῦ χάριν
δωρουμένου σφιν. ἐξανορθώσω δ' ἔτι
κείνου μάλ' αὖθις τὴν παλίρροπον φύσιν.
κεἰ νῦν πέπραται πᾶσα κἀπιθυμιῶν
κλύει περισσῶν, ἀνομίας ἡσσωμένη,
ἐμαῖς ἀρωγαῖς κεῖνος ἀντιστήσεται
ἤδη μάλ' αὖθις ἴσος ἴσῳ τῷ δυσμενεῖ·
ἐμαῖς γ' ἀρωγαῖς, ὡς ἂν ἐξειδῇ μαθὼν
εἰς ἣν μεθέστηκ' οἰζύν, ὡς ἀμήχανος,
κἀμοί γ' ὀφείλῃ παντελῆ τὰ ῥύσια. T. S. E.

Sayings of the Wise.

ETTER is the poor that walketh in his integrity,
than he that is perverse in his lips, and is a fool.
also that the soul be without knowledge, it is not
good;
and he that hasteth with his feet sinneth.
the foolishness of man perverteth his way:
and his heart fretteth against the Lord.
wealth maketh many friends;
but the poor is separated from his neighbour.
a false witness shall not be unpunished,
and he that speaketh lies shall not escape.
many will entreat the favour of the prince:
and every man is a friend to him that giveth gifts.
delight is not seemly for a fool;
much less for a servant to have rule over princes.
the discretion of a man deferreth his anger,
and it is his glory to pass over a transgression.
the king's wrath is as the roaring of a lion;
but his favour is as dew upon the grass.

PROVERBS, CH. XIX.

Twofold Hope.

EFLECTED on the lake, I love
to see the stars of evening glow,
so tranquil in the heaven above,
so restless in the wave below.
thus heavenly hope is all serene;
but earthly hope, how bright soe'er,
still flutters o'er this changing scene,
as false, as fleeting, as 'tis fair.

HEBER.

Σοφία ἐν Παροιμίαις.

Ἔχουσι πλεῖον, ὅστις ὢν πένης ἀνὴρ
χωρεῖ δὶ ἁπλότητος, ἢ διάστροφον
γλῶσσαν νέμων τις μῶρος ἐκ μώρου φρενός.
οὐδ' ἀξυνήμων οὖσα φρὴν καλῶς ἔχει·
ἁμαρτάνει δ' ὁ τιθέμενος σπουδὴν ποδός.
καὶ μὴν τὸ μῶρόν γ' ἄνδρα τῆς ὁδοῦ πλανᾷ,
πρὸς κέντρα λακτίζοντα διὰ φρενῶν Θεῷ.
πολλούς γ' ὁ πλοῦτος τοὺς φίλους ἐφέλκεται,
οἰκεῖ δὲ χωρὶς τῶν πέλας πένης ἀνήρ.
ἢ ψευδόμαρτυς οὐκ ἀπαλλαχθήσεται
ἀθῷος, οὐδὲ μὴ 'κφύγῃ ψευδόστομος.
πολλοί γέ τοι σαίνουσι τὸν κρατοῦντ' ἀεί,
καὶ τῷ διδόντι δῶρα πᾶς τις εὖ φρονεῖ.
γεγηθέναι τὸν μῶρον οὐκ ἐν εὐπρεπεῖ,
ἧπου τὸ δοῦλον φῶτα κοιράνων κρατεῖν.
τὸ σῶφρον ὀργῆς ἀμβολὰς θέσθαι φιλεῖ,
ὅστις πεπονθὼς τἄδικ' εἶτ' ἀγάλλεται
παρείς· χόλος τοι βασιλέως φλέγων πρέπει
βρυχωμένῳ λέοντι, φρικώδης κλύειν·
χάρις δ' ἔοικεν εὐδρόσῳ χλόης γάνει.

T. S. E.

Spes Duplex.

ESPERTINA iuvat spectare lacustribus undis
reddita siderei lumina mille chori:
ut superum caeli decorent immota lacunar,
inque tremant imis irrequieta vadis.
sic tranquilla nitet spes caeli praescia: sed quae
ducit ab humanis spes alimenta bonis
irradiat fragilem mutanti lumine terram,
pulchra, sed heu species falsa, brevisque nitor.

K.

Sweet are the Uses of Adversity.

HAVE been honored and obeyed,
I have met scorn and slight;
and my heart loves earth's sober shade
more than her laughing light.
for what is rule but a sad weight
of duty, and a snare?
what meanness, but with happier fate
the Saviour's cross to share?
this my hid choice, though not from heaven,
moves on the heavenward line;
cleanse it, good Lord, from sinful leaven,
and make it simply thine.

LYRA APOSTOLICA.

A Present Deity.

LORD, thou hast searched me out, and known me:
thou knowest my down-sitting and mine up-rising:
thou understandest my thoughts long before.
thou art about my path and about my bed,
and spiest out all my ways.
for lo, there is not a word in my tongue,
but thou, O Lord, knowest it altogether.
thou hast fashioned me behind and before,
and laid thine hand upon me.
such knowledge is too wonderful and excellent for me:
I cannot attain unto it.
whither shall I go then from thy Spirit,
or whither shall I go from thy presence?
if I climb up into heaven, thou art there:
if I go down to hell, thou art there also.

PSALM CXXXIX.

Ingenium Res Adversae nudare solent.

MPERIO quondam, quondam dignatus honore,
mox idem opprobrio ludibrioque fui:
seriaque in terris semper mihi dulcior umbra est
quam liquida ridens ebria luce dies.
quid regnare tulit nisi pondus triste laboris
retiaque occultis insidiosa dolis?
et quid pauperies? Christi suspiria, Christi
sortiri luctu cum leviore crucem.
haec igitur, si non caelo demissa, voluntas
me tamen haud dubia ducit ad astra via.
hanc tu labe, Deus, turpique adspergine purga,
et tibi quae placeant omnia velle iube.

K.

Praesens Deus.

Ὦ Κύρι', οἶσθά μ' ἐξερευνήσας τορῶς,
εὐνῆς τ' ἐπαντέλλοντα κἀπιδέμνιον
πίτνονθ' ὁμοίως ἐννοεῖ μ'· ἃ δ' ἂν φρονῶ,
καὶ πρὶν φρονεῖν με προὐξεπίστασαι πάλαι.
σὺ δ' ἀμφὶ μὲν πόδ', ἀμφὶ δ' εὐναστήριον
ἀεὶ πάρει μοι, πάντας ἐξιχνοσκοπῶν
τρόπους· ἐπεί τοι κοὐ διὰ γλώσσης ἔχω
οὐδέν τι φωνεῖν, μὴ οὐ σάφ' εἰδότος σέθεν.
σύ τοι δέμας μου τά τ' ὀπίσω ξυνήρμοσας
καὶ τἀπίπροσθεν, ἐπιβαλὼν σὴν δεξιάν.
τοιαῦτ' ἐμοὶ σοφώτερ' ἢ ξυνιέναι,
γνώμην ὑπερβάλλοντα. ποῖ μὲν γὰρ λάθω
σὸν πνεῦμα, ποῖ δὲ σὴν παρουσίαν ἰών;
πτηνὸν γὰρ ἄρας σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθη
ὁρῶ σ' ἐκεῖ παρόντα, καὶ κατὰ χθονὸς
μολὼν ὁρῶ σ' ἐνόντα κἀν Ἄιδου δόμοις.

T. S. E.

The Reaper and the Flowers.

THERE is a Reaper, whose name is Death,
and, with his sickle keen,
he reaps the bearded grain at a breath,
and the flowers that grow between.
"shall I have nought that is fair?" saith he;
"have nought but the bearded grain?
though the breath of these flowers is sweet to me,
I will give them all back again."
he gazed at the flowers with tearful eyes,
he kissed their drooping leaves;
it was for the Lord of Paradise
he bound them in his sheaves.
"my Lord has need of these flowerets gay,"
the Reaper said, and smiled;
"dear tokens of the earth are they,
where He was once a child.
"they shall all bloom in fields of light,
transplanted by my care,
and saints, upon their garments white,
these sacred blossoms wear."
and the mother gave, in tears and pain,
the flowers she most did love;
she knew she should find them all again
in the fields of light above.
oh, not in cruelty, not in wrath,
the Reaper came that day;
'twas an angel visited the green earth,
and took the flowers away.

LONGFELLOW.

Debemur Morti.

MESSOR obit mundum: mors illi nomen: acutae
falcis inexpletum sedulus urget opus:
hordeaque et pariter barbatas inter aristas
quae radiant florum milia multa secat.
et, nihil, exclamat, pulchri retinere licebit,
et barbata mihi est unica praeda seges?
gratus odor florum; sed, quamquam suaviter halent,
has in delicias nil mihi iuris erit.
protinus ad flores rorantia lumina vertit,
addidit et lentis oscula maesta comis:
stringit enim strictosque aliam dimittit in oram,
nutriat hos proprio qua Paradisus ero.
haec, ait arridens Messor, quae laeta patescunt,
germina sunt Domino rite legenda meo.
talia quippe lubens terrae monumenta videbit,
vixit ubi quondam parvulus ipse puer.
florebunt agris in pellucentibus omnes,
transtulerit glebae quos mea cura novae;
felicesque chori niveas intersita vestes
floribus e sacris plurima serta gerent.
audiit, et lacrimis oculos suffusa dolentes
delicias mater tradidit ipsa suas;
tradidit, et Flores, quos nunc amittimus, inquit,
restituet diae postmodo lucis ager.
credite, nil crudele movens, non concitus ira,
venerat haec illo Messor in arva die;
sed viridi illapsus terrae bonus incola caeli
dona tulit flores grata futura Deo.

E.

All Things are Vanity.

HEN mirth is full and free,
some sudden gloom will be;
when haughty power mounts high,
the watcher's axe is nigh.
all growth has bound; when greatest found,
it hastes to die.
when the rich town, that long
has lain its huts among,
rears its new structures vast,
and vaunts,—it shall not last.
bright tints that shine are but the sign
of summer past.
when, too, thine eye surveys
with fond adoring gaze
and yearning heart thy friend,
love to its grave doth tend.
all gifts below, save faith, but grow
towards an end.

LYRA APOSTOLICA.

The Parish Priest to his Successor.

F thou dost find
a house built to thy mind
without thy cost,
serve thou the more
God and the poor;
my labour is not lost.

HERBERT.

Omnia magna cadunt.

NTER soluti gaudia pectoris
persaepe nubes ingruit horrida;
utcumque sublimi potestas
summa sedens dominatur arce,
ultor securim praeparat. Omnia
quae procreantur limite parvulo
clauduntur, atque in maius aucta
funere deproperant caduco.
En qua per agros sparsa mapalia
dudum latebant, urbs nova colligit
caementa, et insigni domorum
mole nimis locuples superbit,
mansura paullum: mox cadit obruta
turpi ruina. Silva coloribus
quam vestit autumnus coruscis
omen habet morientis anni:
et cum sodalem pectore sedulo
fixusque amanti lumine suspicis,
iam nunc sepulcrales inire
fluxus Amor properat tenebras.
quaecumque nobis sunt data munera
iniurioso limite temporis
urgentur; indefessa longo
sola fides stabilitur aevo.

H. J. H.

Apto cum Lare Fundus.

AEC tibi si cordi est, qui nunc mea munia curas,
sumptibus haud propriis aedificata domus,
da tu pauperibus tanto plus ipse Deoque:
sic poterit noster non periisse labor.

K.

The Lord is my Shepherd.

MY Shepherd is the Lord; no care
or craving want I know:
in pastures green he feeds me, where
the soothing waters flow:
He calls my wandering spirit back
from paths of sin and shame,
and leads me in the righteous track,
so holy is his Name.
I fear no evil, though my way
through death's dark valley lie;
thy rod and staff are all my stay;
thy guiding hand is nigh:
Thy table for my feast is spread
in sight of all my foes;
thy cheerful oil anoints my head,
my cup of joy o'erflows.
still with thy love and goodness blest,
till life's last days are o'er,
within thy dwelling I shall rest,
o Lord, for evermore.

PSALM XXIII. CAMBRIDGE VERSION.

The Vanity of the World.

BROTHER, know the world deceiveth:
trust in Him who safety giveth.
fix not on the world thy trust;
she feeds us, but she turns to dust:
and the bare earth or kingly throne
alike may serve to die upon.

HEBER.

Ἐγώ εἰμι ὁ Ποιμὴν ὁ ἀγαθός.

ASTOR est mihi Deus,
quo quod sit aptum dante nil requiro:
prata per virentia
me ducit, undae qua canunt amoenae.
Ille me vagum bonus
custos pudendis a viis reducit;
sistit ille tramite
recto, verendae sanctitatis auctor.
mortis atra sit licet
calcanda vallis, nil mali timebo,
dux enim manus tua est,
firmas euntem tu potente virga.
hostibus palam meis
lasso fruendam ponis ipse mensam;
balsamis nitet caput
tuis, abundat te replente poclum.
sic amore provido,
dum vita restat, usque me sequeris,
aede et in tua, Deus,
felix in omne commorabor aevum.

K.

Vix ea nostra voco.

UNDO nulla fides. Illi confidere praestat,
qui tribuit solus munera tuta Dator.
parce, puer, monitus fallaci credere terrae:
nos alit at putri postmodo miscet humo:
et tibi vel nudus caespes vel regia sella
aptus erit pariter, quo moriare, locus.

P. P.

Christian Warfare.

SOLDIER, go—but not to claim
mouldering spoils of earth-born treasure,
not to build a vaunting name,
not to dwell in tents of pleasure;
dream not that the way is smooth,
hope not that the thorns are roses;
turn no wistful eye of youth
where the sunny beam reposes:
thou hast sterner work to do,
hosts to cut thy passage through;
close behind thee gulfs are burning:
forward!—there is no returning.
soldier, rest—but not for thee
spreads the world her downy pillow;
on the rock thy couch must be,
while around thee chafes the billow;
thine must be a watchful sleep,
wearier than another's waking;
such a charge as thou dost keep
brooks no moment of forsaking.
sleep, as on the battle-field,
girded, grasping sword and shield:
those thou canst not name or number
steal upon thy broken slumber.
soldier, rise—the war is done:
lo, the hosts of hell are flying;
'twas thy Lord the battle won;
Jesus vanquished them by dying.

Sic itur ad Astra.

INCIPE, miles, iter: sed ne terrestria quaeras
munera, post paucos interitura dies,
neu cupias vano nomen memorabile fastu,
neve voluptatis mollia castra petas,
neve putes iri facili super aethera cursu,
neu teneram spinis posse carere rosam,
neu captes oculo tractus iuveniliter illos
ridet ubi aestivis solibus almus ager,
te labor armatum gravior manet, acrior hostis;
est acies telis magna domanda tuis.
aestuat a tergo flamma fervente barathrum;
protinus i recto calle; redire nefas.
carpe tuam, miles, requiem; sed non tibi luxus
explicat ignavo stragula grata toro:
vix tibi sufficiet scopulosa cubilia rupes
quam ferus illisis obsidet Eurus aquis:
te decet attentum longas producere noctes,
et somno excubiis asperiore frui:
quae tu difficili servas tutamine castra
tempore non ullo deseruisse licet.
somnos carpe, velut pugnam introiturus, in armis
impiger, et clipeo cinctus et ense latus;
illi qui numeroque carent et nomine certo
invadunt tacito somnia fracta pede.
surge adeo, miles, confecto munere belli:
en agitat rapidam turba nefanda fugam.
dux tuus infernas fraudes devicit: Iesus
morte sua victo victor ab hoste redit.

pass the stream—before thee lies
  all the conquered land of glory:
hark what songs of rapture rise;
  these proclaim the victor's story;
    soldier, lay thy weapons down,
    quit the sword, and take the crown;
triumph! all thy foes are banished,
death is slain, and earth has vanished.

CHARLOTTE ELIZABETH.

The Evidence of Things not seen.

E saw Thee not, when Thou didst tread,
o Saviour, this our sinful earth;
nor heard thy voice restore the dead,
and waken them to second birth;
yet we believe that Thou didst come,
and quit for us thy glorious home.
we were not with the faithful few,
who stood thy bitter cross around;
nor heard thy prayer for those who slew,
nor felt that earthquake rock the ground.
we saw no spear-wound pierce thy side,
but we believe that Thou hast died.
no angel's message met our ear,
on that first glorious Easter Day;
"The Lord is risen. He is not here;
"come, see the place where Jesus lay."
but we believe that Thou didst quell
the banded powers of death and hell.
we saw Thee not return on high;
and now, our longing sight to bless,
no ray of glory from the sky
shines down upon our wilderness;
but we believe that Thou art there,
and seek Thee, Lord, in praise and prayer.

ANON.

traiice iam fluvium ; devictae gloria terrae
panditur ante oculos, scaena propinqua, tuos.
audin, laetifica dulcedine murmurat aer,
dum pia victorem carmine turba sonat.
quin tu depositis clipeo, bellator, et ense
laetus Io magna voce Triumphe canis ?
quin tu serta capis ? fugit hostis : mortua Mors est :
vanuit in priscum terra relapsa chaos.

R. B.

Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες.

NON vidimus Te, Christe, peccantum salus,
terrena visentem loca :
non lingua nobis audientibus tua
iussit renasci mortuos ;
sed credimus Te, vindicem nostrum, Patris
liquisse fulgentem domum.
si non tuae nos vidit adstantes cruci
pauxilla fidorum cohors,
pro parricidis nec preces audivimus,
nec sensimus labi solum,
nec visa nobis hasta transfodit latus,
te mortuum esse credimus.
lux illa Paschae prima non praeconium
caeleste nobis attulit :
surrexe Dominum scite : non hic est : locum
spectate, Iesus qua modo
iacebat :—at vi victa credimus tua
mortisque et Orci foedera.
ad astra si non Te redire vidimus,
nec lucis optatum iubar
palantibus per vasta terrarum micat,
adesse credimus tamen
te semper illic, Domine ; praesenti Tibi
laudes precesque mittimus.

K.

The Praise of God.

YE mists and exhalations, that now rise
from hill or steaming lake, dusky or grey
till the sun paint your fleecy skirts with gold,
in honour to the world's great Author rise;
whether to deck with clouds the uncoloured sky,
or wet the thirsty earth with falling showers,
rising or falling, still advance his praise.
his praise, ye winds, that from four quarters blow,
breathe soft or loud; and wave your tops, ye pines,
with every plant, in sign of worship wave.
fountains, and ye that warble, as ye flow,
melodious murmurs, warbling tune his praise.
join voices, all ye living souls; ye birds,
that singing up to heaven-gate ascend,
bear on your wings and in your notes his praise.
ye that in waters glide, and ye that walk
the earth, and stately tread, or lowly creep;
witness if I be silent, morn or even,
to hill or valley, fountain or fresh shade,
made vocal by my song, and taught his praise.

MILTON.

The Grace of God.

THE misty clouds that fall sometime
and overcast the skies
are like to troubles of our time,
which do but dim our eyes.
but as such dews are dried up quite
when Phoebus shews his face,
so are sad fancies put to flight
when God doth guide by grace.

GASCOIGNE.

Deum laudate.

AERII umores, terrai spiritus udae,
qui sudante lacu vel aquosis collibus orti
nunc ferrugineum submittitis aera, donec
vellera Sol extrema suo pertinxerit auro,
vos rerum Artifici iam adsurgite : sive colorum
purum fert animus nebulis illudere caelum,
sive cadente solum bibulum conspergere rore,
surgentes laudate Deum, laudate cadentes.
quattuor effusae mundi regionibus aurae,
nunc humiles, nunc admissae, praeconia laudum
adspirate Deo. deflectite culmina, pinus,
more salutantum, et plantarum quidquid ubique est.
flumina, quae prono strepitis numerosa liquore,
lympharum numeris dias intexite laudes.
unam, viva cohors animarum, tollite vocem.
aetheriae volucres, quibus usque canentibus itur
ad portam caeli, pennisque et gutture laudes
ferte Deo. testor vos, quae mare curritis, et quae
assiduo terram teritis pede, sive superbo
incendentia sive humili reptantia gressu ;
nec veniente die nec decedente silebo
quin doceam vallesque cavas clivosque cubantes
umbrasque fluviosque Deum laudare canendo.

T. S. E.

Gratia Caeli.

UT poli quondam nebulae serenos
obruunt risus, ita damna vitae
saepe ridentes oculos obortis
nubibus umbrant.
utque siccati fugiunt vapores
aureum Phoebo referente vultum,
sic obumbrantes fugat alma curas
gratia caeli.

K.

A Hymn for all Nations.

A. D. MDCCCLI.

LORIOUS God, on Thee we call,
Father, Friend, and Judge of all,
Holy Saviour, heavenly King,
homage to thy throne we bring.
in the wonders all around
ever is thy Spirit found,
and of each good thing we see
all the good is born of Thee.
thine the beauteous skill that lurks
every where in Nature's works;
thine is Art with all its worth,
thine each masterpiece on earth.
yea, and foremost in the van
springs from Thee the mind of man:
on its light, for this is thine,
shed abroad the love divine.
lo, our God, thy children here
from all realms are gathered near,
wisely gathered, gathering still,
for peace on earth, towards men goodwill.
may we with fraternal mind
bless our brothers of mankind:
may we, through redeeming love,
be the blest of God above.

TUPPER.

Ἐκ Θεοῦ ἀρχώμεσθα.

Σέ τοι σεβίζομεν λιταῖς,
μέγιστε Θεός, πάντων Πάτερ,
Σῶτέρ τ' Ἄναξ τε καὶ Κριτά,
σὰ προσκυνοῦντες ἔδρανα.
πάντων ὅσ' ἔστι θαυμάτων
σὸν Πνεῦμ' ἐπίστροφον πέλει,
πάντων δ' ὅσ' ἔστι φερτάτων
ἐκ Σοῦ πέφυκε τἀγαθόν.
σῆς ἐστι δημιουργίας
ἡ πᾶσα πανταχοῦ φύσις,
καὶ πάνθ' ἃ καλλιστεύεται
δαιδάλματ' ἐντίμου τέχνης.
κἀν τοῖς γε πρῶτον ἐκ Σέθεν
γεγᾶσιν ἀνθρώπων φρένες,
ἃς νῦν θεοσσύτου φάους
ἀκτῖνι θέλξον ἠπίᾳ.
ῥεῖ δεῦρο, δεῦρ' ἀεί, Θεός,
σὴ γέννα πάμφυλος λεώς,
πνέοντες εἰρήνην χθονί,
πνέοντες εὔνοιαν βροτοῖς.
ἡμεῖς δὲ συγγόνῳ φρενὶ
θνητοὺς δεδεγμένοι κάσεις
δεχοίμεθ' ἄφθιτον βίον
διδόντος ἐν τέλει Θεοῦ.

K.

Heaven.

HIS world is all a fleeting show,
for man's illusion given;
the smiles of joy, the tears of woe,
deceitful shine, deceitful flow;
there's nothing true but Heaven.
and false the light on glory's plume
as fading hues of even;
and love, and hope, and beauty's bloom,
are blossoms gathered for the tomb;
there's nothing bright but Heaven.
poor wanderers of a stormy day,
from wave to wave we're driven,
and fancy's flash and reason's ray
serve but to light the troubled way;
there's nothing calm but Heaven.

MOORE.

The Sower.

Siehe, voll Hoffnung vertrauſt du der Erde den goldenen Samen
und erwarteſt im Lenz fröhlich die keimende Saat.
nur in die Furche der Zeit bedenkſt du dich Thaten zu ſtreuen,
die von der Weisheit geſät ſtill für die Ewigkeit blühn.

SCHILLER.

Ὁ χάλκεος Οὐρανός.

ITA fugaci similis pompae
vanis hominem capit illecebris ;
risus hilares, miseri fletus,
falsi radiant falsique fluunt :
solidi nihil est nisi caelum.
splendet inani Gloria crista,
ceu fluxa rubet vespere nubes ;
et Spes et Amor Formaeque nitor
quid sunt ? Tumulo data serta novo :
nitidi nihil est nisi caelum.
nos obeuntes deforme fretum
tumor undarum rapit huc illuc ;
iter incertum vix irradiat
fax Aonidum, lux Rationis :
placidi nihil est nisi caelum.

K.

Exspectata Seges.

UREA sulcatae confidis semina terrae,
praecipiens laeto pectore veris opes ;
et piget in vitae sulcis deponere facta,
quae bene si sata sint, tempus in omne metas ?

K.

Morning Hymn of Adam and Eve.

THESE are thy glorious works, Parent of Good,
almighty! Thine this universal frame,
thus wondrous fair; Thyself how wondrous then!
unspeakable, who sit'st above these heavens
to us invisible or dimly seen
in these thy lowest works; yet these declare
thy goodness beyond thought, and power divine.
speak, ye who best can tell, ye sons of light,
angels; for ye behold him, and with songs
and choral symphonies, day without night,
circle his throne rejoicing; ye in Heaven.
on Earth join, all ye creatures, to extol
him first, him last, him midst, and without end.
fairest of Stars, last in the train of night,
if better thou belong not to the dawn,
sure pledge of day, that crown'st the smiling morn
with thy bright circlet, praise him in thy sphere,
while day arises, that sweet hour of prime.

MILTON.

The Value of Life.

NOR love thy life, nor hate; but what thou liv'st
live well, how long or short permit to heaven.

MILTON.

Ὕμνος εἰς Θεόν.

Τοιαῦτα τεύχεις φαίδιμ', ὦ γενέθλιον
καλῶν ὅσ' ἐστί, παγκρατὲς Πατρὸς σέβας.
σὸν ἔργον ἥδε γαῖα πάγκοινος βροτοῖς
θαυμαστὸς ὡς εὔμορφος· εἶτ' αὐτός γε δὴ
οἷον Σὺ θαῦμ' ἅπασιν, ἄφθεγκτον τέρας,
ἁγνοῦ γ' ὕπερθεν οὐρανοῦ καθήμενος,
ἡμῖν δ' ἄδηλος, ἢ τυφλοῖσιν ὄμμασι
τοιοῖσδ' ἐν ἔργοις ἐσχάτοις κάτοπτος ὤν·
δηλοῖ δ' ὅμως καὶ ταυτα φροντίδων πέρα
θεῖόν σ' ὑπάρχοντ' εὐμενέστατον κράτος.
φωνοῖτ' ἂν οἷς μάλιστα σημαίνειν πάρα,
ὦ φῦλον οὐρανοῦχον, ὦ φάους τέκνα,
οἵπερ βλέποντες αὐτὸν αἰανεῖ θρόνῳ
πανημέροις μολπαῖσιν ἀμφιβάλλετε
μέλος χαρᾷ ξύναυλον· ὦδ' ἐν οὐρανῷ
ὑμεῖς μὲν αἰνεῖθ'· ἂν δὲ γῆς τρέφῃ πέδον
γεννήματ' Αὐτὸν πρῶτον ὕστατον μέσον
ἄπειρον εὐλογεῖτε παμμίκτῳ χορῷ.
ὦ καλλιφεγγὴς λαμπάς, ἣ πανύστατος
στίλβεις ἐν ἄστρων νυκτέρων ὁμηγύρει,
ἢν μὴ σὺ μᾶλλον ἐμπρέπῃς ἑωθινοῖς,
σὲ δή, βεβαίαν ἐγγύην τῆς ἡμέρας
καλῶ, γελώσης ἥτις ἐκστέλλεις Ἕω
στέφος φαεννόν, κεῖνον αἰνέσαι χρεών,
ἐν σαῖς κέλευθοις στροφάσιν, εὖτ' ἂν ἐκφανῇ
ὡραῖον ὄμμα, φαιδρὸν ἡμέρας σέλας.

A. H.

Cetera mitte Deo.

ITAM, si sapias, Homo,
nec magni facias, nec tamen oderis.
quod vivis, bene vivito;
sit longum, breve sit, viderit id Deus.

K.

The Star in the East.

RIGHTEST and best of the sons of the morning,
dawn on our darkness and lend us thine aid:
star of the East, the horizon adorning,
guide where our Infant Redeemer is laid.
cold on His cradle the dew-drops are shining;
low lies His Head with the beasts of the stall,
angels adore Him in slumber reclining,
Maker, and Monarch, and Saviour of all.
say, shall we yield Him, in costly devotion,
odours of Edom and offerings divine,
gems of the mountain, and pearls of the ocean,
myrrh from the forest, or gold from the mine?
vainly we offer each ample oblation;
vainly with gifts would His favour secure:
richer by far is the heart's adoration;
dearer to God are the prayers of the poor.
brightest and best of the sons of the morning,
dawn on our darkness and lend us thine aid:
star of the East, the horizon adorning,
guide where our Infant Redeemer is laid.

HEBER.

Holy Love.

OVE'S holy flame for ever burneth,
from heaven it came, to heaven returneth.
too oft on earth a troubled guest,
at times deceived, at times opprest,
it here is tried and purified,
then hath in heaven its perfect rest:
it soweth here with toil and care,
but the harvest-time of love is there.

SOUTHEY.

Praevia Lux anteit.

ALMA fuga nobis tenebras, Lux omnibus una
luminibus caeli clarior; affer opem:
duc age nos, oriens Astrum, qua parvulus Infans
ille, mali nostri nata medela, iacet.
rore micant gelido cunae; positique sopore
ecce silens pueri stat prope vacca caput:
at chorus aetherius, Tu rebus causa creatis
una, canit, Tu rex unus et una salus.
huicine promemus quot Idume misit odores,
quoque solet sumptu terra piare Deum?
silva dabit myrrhae frondes, aurumque fodina,
gemma suos montes, baca relinquet aquas?
frustra divitias amplas exponimus Illi;
quaeritur haud ullo munere tantus amor:
ditior est, censente Deo, reverentia cordis;
pauperis exaudit laetior Ille preces.
alma fuga nobis tenebras, Lux omnibus una
luminibus caeli clarior; affer opem:
duc age nos, oriens Astrum, qua parvulus Infans
ille, mali nostri nata medela, iacet.

K.

Dius Amor.

EDITUS e caelo, caelum rediturus, in aevum
fulget inexhausti fons sacer ignis Amor.
saepius in terris mala sustinet anxius hospes,
decipiturque dolis opprimiturque minis.
eluit hic vitae labem per mille dolores;
at pura requie perfruiturus ibi est.
hic sementis habet curam durosque labores
ut metat in caelo commoda pacis Amor.

K.

Te Deum Laudamus.

(Omitting three probably spurious verses.)

E praise thee, O God : we acknowledge thee to be the Lord.
all the earth doth worship thee : the Father everlasting.
to thee all Angels cry aloud : the Heavens, and all the Powers therein.
to thee Cherubin, and Seraphin : continually do cry,
Holy, Holy, Holy : Lord God of Sabaoth ;
heaven and earth are full of the Majesty : of thy Glory.
the glorious company of the Apostles : praise thee.
the goodly fellowship of the Prophets : praise thee.
the noble army of Martyrs : praise thee.
the holy Church throughout all the world : doth acknowledge thee ;

. . . . . .

thou art the King of Glory : O Christ.
thou art the everlasting Son : of the Father.
when thou tookest upon thee to deliver man : thou didst not abhor the Virgin's womb.
when thou hadst overcome the sharpness of death : thou didst open the King 'om of Heaven to all believers.
thou sittest at the right hand of God : in the Glory of the Father.
we believe that thou shalt come : to be our Judge.
we therefore pray thee, help thy servants : whom thou hast redeemed with thy precious blood.
make them to be numbered with thy Saints : in glory everlasting.
o Lord, save thy people : and bless thine heritage.
govern them : and lift them up for ever.

Ὕμνος εἰς Χριστόν.

(Omissis tribus versibus, qui spurii videntur.)

A. Εὐλογοῦντες ὡς Θεὸν σὲ Δεσπότην γνωρίζομεν.
B. τὸν δι᾽ αἰῶνος σὲ Πατέρα χθὼν ἅπασα προσκυνεῖ.
A. πᾶς ἀνωλόλυξε δαίμων οὐρανός θ᾽ ὅ τ᾽ ὢν ἄνω.
B. καὶ μάλ᾽ εὐφήμως βοῶντες διατελοῦσιν οἱ θεοί.
A. ἁγνόν, ἁγνὸν ὦ σέβας Θεοῦ, Δέσποθ᾽ ἁγνὲ δεσποτῶν.
B. οὐρανόν τε γῆν τ᾽ ἔπλησε δόξ᾽ ὑπερτάτη σέθεν.
A. εὐλογεῖ σ᾽ ὕμνοις ὁ κλεινὸς τῶν Ἀποστόλων στόλος.
B. εὐλογεῖ δὲ καὶ Προφητῶν εὐσεβὴς ὁμιλία.
A. εὐλογεῖ δέ γε σφαγέντων Μαρτύρων κεδνὸς στρατός.
B. σεμνά θ᾽ ἱερὰ πανταχοῦ γῆς πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἔστ᾽ ἐγνώρισεν,

. . . . . .

A. εἴ τι κλεινόν ἐστ᾽ ἀνάσσεις, Χριστέ, παντίμου κλέους.
B. τοῦ Πατρός γ᾽ Υἱὸς πεφυκὼς ἀφθίτῳ θάλλων ζόῃ.
A. ἀξιῶν σώζειν τὸ θνητὸν νηδὺν οὐ μέμφει Κόρης.
B. τοῖς τ᾽ ἀεὶ πιστοῖς ἀνοίγεις οὐρανὸν κρατῶν μόρου.
A. μέτοχος εἶ τιμῆς Πατρῴας ἐξιᾷ παρήμενος.
B. καὶ Κριτὴν μέλλειν ποθ᾽ ἥξειν ἀνδράσιν πεποίθαμεν.
A. τιμίου νυν ἔλθ᾽ ἀρωγὰς πριάμενός νιν αἵματος.
B. τοὺς δὲ σοὺς τελεῖν ἐς ἁγνοὺς ἐς τὸν αἰανῆ χρόνον.
A. ὄλβισον λεὼν σὺ σαυτοῦ κλῆρον ἐκσώζων σέθεν.
B. καὶ κυβερνήσας νιν ὀρθῶς ἆρον ὑψηλοὺς ἀεί.

day by day : we magnify thee;
and we worship thy Name : ever world without end.
vouchsafe, O Lord : to keep us this day without sin.
o Lord, have mercy upon us : have mercy upon us.
o Lord, let thy mercy lighten upon us : as our trust is in thee.
o Lord, in thee have I trusted : let me never be confounded.

The Day of the Lord.

HOWL ye; for the day of the Lord is at hand;
it shall come as a destruction from the Almighty;
therefore shall all hands be faint,
and every man's heart shall melt;
and they shall be afraid:
pangs and sorrows shall take hold of them;
they shall be in pain as a woman that travaileth:
they shall be amazed one at another;
their faces shall be as flames.
behold, the day of the Lord cometh,
cruel both with wrath and fierce anger,
to lay the land desolate;
and he shall destroy the scorners thereof out of it.
for the stars of heaven and the constellations thereof
shall not give their light;
the sun shall be darkened in his going forth,
and the moon shall not cause her light to shine.

ISAIAH, CH. XIII.

A. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας σοὶ θυστάδ' ἴεμεν βοήν.
B. ὄνομα προσκυνοῦντες ᾠδαῖς διὰ τέλους παύλης ἄτερ.
A. Δέσποθ', ὧδ' ἀναμπλάκητον τῆσδ' ἐφ' ἡμέρας μένειν.
B. οἴκτισόν με· ταῦθ' ἱκνοῦμαι δευτέροις προσφθέγμασιν.
A. οἴκτισόν με δῆθ', ὅσηπερ ἥδ' ἐμὴ πίστις πάρα.
B. μήποθ', ὦ Θεός, πεποιθὼς σοὶ ταραχθείην ἐγώ.

R. S.

Ἡ κυρία Ἡμέρα.

Ὀλολύζετ'· ἦμαρ γὰρ πέλας τὸ μόρσιμον·
σκήψει δὲ θνητοῖς θεόθεν, ὡς διαφθορά.
τοίγαρ προλείψει πᾶς ἀνειμένῃ χερί,
κοὐδεὶς ὃς οὐχὶ καρδίαν τεγχθήσεται.
καὶ δειμανοῦσι· καὶ φρενῶν ἀνθάψεται
σφάκελος μετ' ἄλγους, καὶ δι' ὠδίνων πικρων
χωρήσεταί τις ὥσπερ ἐν τόκοις λεχώ.
καὶ μὴν πρὸς ἄλλον ἄλλος ἐκπαγλούμενοι
βλέψουσι, λάμψει δ' ὄμμαθ' ὡς πυρούμενα.
ἰδού, τὸ μοιρόκραντον ἦμαρ ἔρχεται
χόλῳ βαρυνθέν, ὀξυμηνίτους πνέον
φόνους· Θεὸς γὰρ ἐξερημώσει τε γῆν,
καὶ τοὺς πανούργους γῆθεν ἐξαποφθερεῖ.
ἀπ' οὐρανοῦ γὰρ ἀστέρων ὁμήγυρις
οὐ μὴ μεθῇ φῶς, ξὺν δ' ἀμαυρωθήσεται
στείχων ἐν ἀντολαῖσιν ἡλίου κύκλος
σκότῳ, σελήνη δ' οὐκέτ' ἐκλάμψει σέλας.

T. S. E.

"*The Lord was my Stay.*"

STRENGTH and Stay upholding all creation,
who ever dost Thyself unmoved abide,
yet day by day the light in due gradation
from hour to hour through all its changes guide;
Grant to life's day a calm unclouded ending,
an eve untouched by shadows of decay,
the brightness of a holy death-bed blending
with dawning glories of the eternal day.
Hear us, o Father, gracious and forgiving,
through Jesus Christ Thy co-eternal Word,
who, with the Holy Ghost, by all things living
now and to endless ages art adored.

HYMNS A. AND M.

The Divine Presence.

OD that madest earth and heaven,
darkness and light;
who the day for toil hast given,
for rest the night;
may Thine angel guards defend us,
slumber sweet Thy mercy send us,
holy dreams and hopes attend us
this livelong night.

HEBER.

Factus est Dominus Protector meus.

COLUMEN rerum, Rex qui mortalia servas
omnia, mutari nescius Ipse manes;
idem rite die lucem moderaris euntem,
dum levis haud dubia labitur hora vice;
ne tenebris vitae vesper, ne tabe laboret;
securum condas et sine nube diem;
sic, qualem irradiat mens recti conscia, mortem
excipiet prima luce perenne decus.
exaudi, Pater alme (Tuumst ignoscere), Jesu
nomine; perpetuum par Tibi numen habet;
quîs simul ambobus toto Paracletus in orbe
cultus et aequali jure colendus erit.

J. H. L.

Te tuente dormio.

TERRAE Deus et poli,
o caliginis et luminis Artifex,
quo praebente laboribus
est addicta dies, nox vacat otio,
tutos milite nos tuo
dulcis non sine te possideat sopor,
nec spes nec sua somnia
nocti continuae Relligio neget.

T. M.

FINIS.

CHISWICK PRESS:—C. WHITTINGHAM AND CO.
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

16888

Sabrinae corolla in hortulis Regiae Scholae Salopiensis. Ed.4.

LaCl
S

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
Under Pat. "Ref. Index File"
Made by LIBRARY BUREAU